Augustini preſulis tranſlacionem colimus: mundet nos a maculis ſupplicites petim9.

Te deū benedicimus cor ař de puro cum canticis quē doctorū doctiſſimus benedixit angelicis. Añ.

Hoc ſacro ſolēnio auguſtini celitus: deū cum tripudio laudet omis ſpūs. Hym̄. Auguſtini. V̄. Juſtū deduxit dñs per vias. Ad bñs. Añ.

O pia clementia chr̄i qua tanto munere dotatur italia auguſtini funere: roga pſul auguſtine q᷑ nos ad ſūma gaudia. vt viuamus ſine fine ducat ipſa clementia. R̄. bre. dñr. de coī. ꝯfeſ. pontiſ. Ad. vs. añ. Sācte pſul aug9.

ps. Dixit dn̄s. cū rel'. In fine. ps. Memento dn̄e. hy. Augustini sol. v. Iustū deduxit. Ad magt an̄.

REquiescit ecce iure pre
sul aplica augustinus
cui cure fuit pro catholica: fi
de verbis obscerare peruersor
fallacias: scriptis et adnihila
re hereticor varias. In festo scti
gabrielis archāgeli. Ad. vs. an̄. Ingresso zachari.
cū rel' de lau. ps. Dixit dn̄s. cū rel'. in fine. ps. Lau
date dn̄z. hy. In gabriel. v. In conspectu angelor
psallā tibi deus meus. R. Adorabo tpl̄z. Ad magt. an̄.

GAbriel archangelus lo
cutus est marie dicens:
aue gratia plena: dn̄s tecum:
bn̄dicta tu inter mulieres: et
benedictus fructꝰ vētris tui.

Ad matuti. Inuitat.

Venite adoremus dominū.
Qui sibi astare facit gabrielē
archangelū. ps. Venite ex. hy.

In gerarchia celica. In .j. n°. añ.

EGo sũ gabriel archãgelꝰ qui asto ante deum: et missus sũ ad te loq̃. ps. Dñe dñs.

Mitto angelũ meũ qui preparabit viam ante faciem tuam. ps. In dño cõfi. añ.

Angelus domini gabriel astitit iuxta illos et claritas dei circunfulsit illos. ps. Dñe quis.

v. Stetit angl's iuxta arã tpli. R. Habes turibul. R.

STetit angelus iuxta aram tẽpli: habens turibulũ aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa. Et ascendit fumꝰ aromatuz de manu angeli. v. In conspectu angelorũ psallã tibi: adorabo ad templũ sãctum tuũ in timore tuo. Et. R.

In conspectu angelorũ
psallã tibi: adorabo ad
templũ sanctũ tuũ. Et cõfite
bor nomini tuo dñe. ℣. Sup
misericordia tua et veritate
tua: quoniã magnificasti sup
nos nomẽ sanctũ tuũ. Et. ℟.
In conspectu gentiũ no
lite timere: vos enim in
cordibus v̄ris adorate et time
te deũ. Angelus enĩ eius vo
biscũ est. ℣. Stetit angelus iuxta
arã templi: habens thuribu
lũ aureũ in manu sua. An. In
Laudemus deũ nos ij. n. ā.
trũ quẽ laudat angeli:
quẽ cherubin et seraphin: sãc
tus sãctus sãctus vna voce p
clamant. ps. Celi enarrãt. añ.
Mitte angelũ tuũ bonũ añ

nos in timore brachij tui: vt
metuant qui oderunt nos. ps.
Domini est terra. an.
Angelus domini comittet
nos: vt bene ambulemus in
viam recta. ps. Benedicam dñz.
v. Ascendit fumus aromatū: in cospec. d. R. De manu a.
Adorate dominū oēs R.
angeli eius: potentes
virtute: qui facitis ver
bū eius. Ad audiendū vocez
sermonū eius. v. Benedic ani
ma mea dñm: et ōnia que itra
me sunt nomini sancto eī. Ad. R.
Immittit angelū suū do
minus in circuitu timētiuz
eum. Et eripiet eos. v. Gustate
et videte quoniā suauis est
dominus. Et eripi. R.

Angelus domini locutus est ad me dicēs. Ueni et ostendā tibi sponsā agni. ℣. Et sustulit me in altum ī spū. et dixit mihi. Ueni. In .iij. n. ar.

Angeli eius sēper vident faciē patris qui in celis est. ps. Cantate dño. s. añ.

Adorate dominū omnes āgeli eius: audiuit et letata est syon. ps. Dñs regna. añ.

Benedicite domino omnes āgeli eius: potentes virtute: ad audiendā vocē sermonuz eius. ps. Bñdic aīa. s. ℣. In ꝯspectu angelor̄ psallā tibi deꝰ meꝰ. ℣. Adorabo ad tplm. ℟.

Tu dñe qui misisti angelum tuū sub ezechia rege iude ⁊ interfecisti de castris senacherib centuz sep

tu.agita milia. Mitte angelũ
tuum bonũ ante nos. ℣. Qui
facis angelos tuos ſpiritus:
et miniſtros tuos flammam ig
nis. Mitte ange. ℟.
Gaude maria virgo cũc
tas hereſes ſola intere
miſti: que gabrielis archãge
li dictis credidiſti. Dũ virgo
deum et hominẽ genuiſti: et
poſt partũ virgo inuiolata p
manſiſti. ℣. Gabrielẽ archange
lum credimus diuinitꝰ te eſſe
affatum: vterũ tuũ de ſpiritu
ſancto credimꝰ impregnatũ: e
rubeſcat iudeus infelix q̃ di
cit chriſtũ ex ioſeph ſemine
eſſe natũ. Dũ. Ad lau. et p. ho. añ.
Ingreſſo zacharia in tẽ
plum: apparuit ei ãgelꝰ

ſtans ad dextris altaris incen
ſi dicens: ego ſum gabriel q̃
aſto ante deū. ps. Dñs re. cū rel. añ.
Gabriel fac me intelligere
viſionē: et dixit mihi: ego oſ
tendā que futura ſunt in no
uiſſimo maledictiōis tēpore
quoniā tempus finē habet. ℟.
Ecce vir gabriel cito volās
tetigit me: et docuit me viſiōe.
Dum ieſus factus in ago ℟.
nia prolixius oraret: appaiu
it ei de celo āgelus ꝯfortās eū. ℟.
Facta eſt cū gabriele ar
changelo multitudo celeſtis
exercitus: laudantiū et dicē
tium: glia in altiſſimis deo.
hym. Dux celor. ℣. In cōſpectu angelor: pſallā tibi
deus meꝯ. Adorabo ad tēplū ſctm. Ad bñs. añ.
Gabriel archange qui ite

deum ſēper aſſiſtis: admitte
preces nr̃as ſi tu a intra ſacrariū
exauditionis: et reporta nob
antidotū diuine recōciliatiōis.

Ad iij. ℟. Stetit angel9. Juxta arā tēpli. ℣. Habens
turibulū aureū in manu ſua. Jux. ℣. Glīa. ℟. Stetit.
℣. Aſcendit fum9 aromatū in cōſpectu dñi. ℟. De m̄.
Ad. vj. ℟. Aſcendit fum9 aromatū. Jn ꝯſpectu d. ℣.
De manu āgeli. Jn ꝯſ. ℣. Glīa. ℟. Aſcē. ℣. Jn conſ
pectu āgeloꝝ pſallā tibi deus meus. ℟. Adorabo ad
tēplū ſc̄tm tuū ⁊ cōfitebor nōi tuo. Ad. ix. ℟.
Jn ꝯſpectu angeloꝝ. Pſallā tibi deus meus. ℣. Ado
rabo ad tēplū ſc̄tm tuū ⁊ cōfitebor nōi tuo. Pſall. ℣.
Adorate dñz. ℟. Oēs angeli ei9. Jn ſcdis. vīs. añ.
Jngreſſo zach. cū rel'. ō laud. ps̄. Dixit dñs. cū rel'.
Jn fine ps̄. Cōfitebor. ij. Hy̅. Gabrielē ve. ℣. Jn cōſ
pectu āge. ℟. Adorabo. Ad. mgt. añ.

Gabriel dei filiū incarnā
dū nunciauit: ieſuz in
agonia orantē confortauit:
chriſtū reſurrexiſſe mulierib9
reſerauit: ipſe ſit nobis diui
noꝝ conſilioꝝ indicator: et
eterne glorie impetrator:~

V2

¶ In anūciatiōe b̄te marie v̄gi. Ad v̄s. añ. Missus est. cū re de lau. ps̄. de scta maria. hy̅. Aue maris. v̄. Aue maria gr̄a. R̄. Dn̄s tecū. Ad mḡt añ.

Spiritus sanctus in te descendet maria et virtus altissimi o bumbrabit tibi. Magnificat.

Ad matut. iuitat̄. Aue maria gratia plena. Dn̄s tecū. ps̄. Venite. hy̅. Quē terr. In .j. n. añ.

Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. ps̄. Dn̄e dominus. añ.

Sicut myrra electa: odorē
dediſti ſuauitatis ſancta dei
genitrix. pš. Celi enarrāt. añ.
Ante thorū huius virginis
frequētate nobis dulcia can
tica dragmatis. pš. Dñi est terra.
R.
V. Specie tua et pulchri.
Miſſus est gabriel angelus
ad mariā virginē deſpō
ſatā ioſeph: nūcians ei
verbū: et expaueſcit virgo de
lumine: ne timeas maria. in
ueniſti gratiā apud dominū.
Ecce cōcipies et paries: et vo
cabitur altiſſimi filius. V. Da
bit ei dñs deus ſedē dauid
pris eius: et regnabit i domo
iacob in eternū. Ecce. R.
Aue maria gratia plena
dñs tecum. Spiritus ſanc

tus ſuperveniet in te: et virtꝰ
altiſſimi obūbrabit tibi: qđ
enim ex te naſcetur ſanctū: voca
bitur filius dei. ℣. Quomodo
fiet iſtđ quoniā virū nō cog
noſco: et reſpondēs angelus di
xit ei. Spiritus. ℟.

Suſcipe verbū virgo ma
ria qđ tibi a dño per an
gelū tranſmiſſū eſt: concipies
et paries deū pariter ꝛ hominē.
Ut bñdicta dicaris inter oēs
mulieres. ℣. Paries quidē fili
um: et virginitatꝭ nō pacieris
detrimentū: efficieris gravida:
et eris mater ſēper intacta. Ut
bñdict. In ij. nocturno. añ.

Specie tua et pulchritudi
ne tua: intēde proſpere
procede et regna. ps Eructa. añ.

Adiuuabit eã deus vultu
ſuo: deus in medio eius non
cõmouebitur. ps. Deus nr. an.
Sicut letantiũ omniũ noſ
trum habitatio eſt in te ſcã
dei genitrix. ps. Fundamẽta. R.
Ecce virgo concipiet et
pariet filiũ dicit domi
nus. Et vocabitur nomẽ eı̃
admirabilis deus fort. V. Su
per ſoliũ dauid et ſuper regnũ
eius: ſedebit ineternũ. Et. R.
Egredietur virga de radi
ce ieſſe: et flos de radice eı̃ aſ
cẽdet. Et erit iuſticia cingulum
lũborũ eius: et fides cinctori
um renũ eius. V. Et requieſ
cet ſuper eũ ſpũs dñi: ſpiritus
ſapientie et intellectus: ſpiritus
conſilij et fortitudinis. Et. R.

Sancta et imaculata vir-
ginitas quibus te laudibus
efferam nescio. Quia quē celi
capere nō poterāt tuo gremio
contulisti. ℣. Benedicta tu i mu-
lieribus: et benedictus fructus
ventris tui. Quia. In iij. nº. añ.

Gaude maria virgo cūc-
tas hereses sola interemis-
ti in vniuerso mūdo. ps. Cātate. j.

Dignare me laudare te virgo sa-
cratā da mihi virtutē cōtra hostes
tuos. ps. Dñs regnauit exul. a.

Angelus domini nūciauit
marie: et concepit de spiritu
sancto all'. ps. Cātate. ij. ℣ Elegit eā. R.

Congratulamini mihi
ōnes qui diligitis do-
minū. Quia cū essē p-
uula placui altissimo. Et de

ant

Post partum Virgo inuio
lata permansisti Dei geni
trix intercede pro nobis Ps
Cantate

meis visceribus genui deum
et hominē. ℣. Beatā me dicent
omnes generatiōēs: quia ācil
lam humilē respexit dn̄s. Et de. ℟.
Gaude maria virgo: cūc
tas hereses sola interē
misti: que gabrielis archange
li dictis credidisti. Dum virgo
deum et hominē genuisti: et
post partū virgo inuiolata p
mansisti. Gabrielē archange
lum credimus diuinitꝰ te esse
affatum: uterū tuū de spū sācto
credimꝰ īpregnatū: erubescat
iudeus infelix: qui dicit christū
ex ioseph semine esse natū. De.


V. Beata es quae credidisti quia perfecta sunt ea quae dicta sunt tibi a dño. Dum

Ad lau. et per horas. añ.





Missus est gabriel ange


lus ad mariā virginē deſpon
ſatam ioſeph. ℣ Dñs regñ. ℟.
Aue maria gratia ple
na dominus tecū benedicta
tu in mulieribꝰ alleluia. ps.
Jubilate. an. Ne time


as maria inuenisti gra tiaz
apud dominū ecce concipi
es et pari es filium allelu
ia. ps. Deus deus. an. B a
bit ei dominus sedē dauid
patris eius et regnabit in


eternum. ps. Benedicite. an.
Ecce ancilla domini fiat
mihi secundũ verbum tuũ. ps.
Laudate.
Hy. O gloriosa. V. Aue ma
ria gr̃a plena. R. Dñs tecum.
Ad bñs. Añ.
Quomodo fiet istud an
gele dei quoniaz virum


nō cognosco. al
di mari a virgo ſpiri
tus ſāctus ſuperuenict in te
et virtus altiſſimi obūbra
bit tibi. ps. Dn̄s dn̄s.
Ad. iij. vj. ix. R. brev. v. de cōi vgi. Ad vē. aū. Miſſꝰ eſt. cū rel'. ps. de ſcta m. hym. Ave mar. v. Ave maria gr̄a plena. R. Dn̄s. Ad mgt. aū.
G abriel ange



De plibꝫ matyribꝫ ſiue de vno mr̄e inter paſ-
cha ⁊ pētecoſ. ad vs. Sācti tui. cū rel'. de lbꝫ. ps̄.
Dixit dn̄s. In fine. Laudate. V. Sācti et iuſti in
dn̄o gaudete alleluia. R. Vos elegit deus in
hereditatē ſibi alleluia. Ad mḡt antiphon̄.

LUx perpetua lucebit ſanc
tis tuis domine et eter
nitas temporum alleluia.

Ad mat. inuit. Exultēt in do
mino ſancti. Alleluia. ps. Venit.
hym ꝯpetēs. Tres pſali dicūr ſub vna aῆ. i oibꝫ noct. In. i. n.

STabunt iuſti in magna aῆ.
conſtantia aduerſus eos
qui ſe anguſtiauerūt alleluia.
pſalmi cōpete. ſiue vnꝫ. ſiue plurim. feſtiuitas fuerit.
℣. Sancti et iuſti. ℟. Vos elegit. ℟.

BEatus vir qui metuit
dn̄m alleluia. In māda
tis eius cupit nimis al
leluia allā alleluia. ℣. Gloria et
diuitie in domo eius: et iuſti
cia eius manet in ſeclꝫ ſcli. In.

TRiſticia veſtra allelu ℟.
ia. Conuertetur in gaudi
um alleluia allā. ℣. Mūdus au

celi Enarrant.
Benedicam Dnm.
Eructauit.

tem gaudebit: vos vero con
tristabimini: sed tristitia vr̃a.
Conuertetur. R. 3um
Preciosa in conspectu do
mini alleluia. Mors sanc
torum eius allã. V. Custodit
dñs omnia ossa eorum: vnū ex
his nō conteretur. Mors. Inij. n. añ.
Ecce quomodo cōputati
sunt inter filios dei: et in
ter sanctos sors illorum est
alleluia. V. Lux perpetua lucebit sanctis
tuis dñe. allã. R. Et eternitas tēporum all. R. 4
Lux perpetua lucebit
sanctis tuis dñe. Et eter
nitas tēporum alleluia allã. V. Le
titia sempiterna erit super capi
ta eorum: gaudiū et exultati
onē obtinebunt. Et eterni.

R. S.um P Aptis.

Omnes gentes.
Exaudi Deus deprecationem
Exaudi Ds orōem.

Virtute magna reddebant Apti. ps Testimonium
resurrectionis IESV chri dñi nostri alla alla. V.
Repleti quidem spū sancto loquebantur cū fiducia
verbū Dej. Test.

In ſeruis ſuis alleluia.
Conſolabitur deus al
leluia. ℣. Judicabit dominus
populuꝫ ſuum: et in ſeruis
ſuis. Conſo. ℟.
Filie hieruſalē venite et
videte martyres cuꝫ co
ronis: quibꝰ coronauit eos
dn̄s. In die ſolēnitatis et le
ticie all'a. ℣. Quoniā conforta
uit ſeras portarū tuaꝝ: bene
dixit filios tuos in te. In di.
In tertio nocturn. An̄.
Lux perpetua lucebit ſā
ctis tuis domine: et eť
nitas tēpoꝝ all'. ℣. Letitia ſēpiterna ſu
per capita eoꝝ all'. ℟. Gaudiū et exultatiōeꝫ. ℟. 7
Ego ſum vitis vera: ⁊ voſ
palmites. Qui manet
in me et ego in eo: hic fert

Confitebimur tibi Ds.
Dn̄s regnauit exultet
Dn̄s regnauit irascantur

Iſti ſunt agni nouelli, qui annūciauerūt all'a, modo
venerunt ad fontes. ps Repleti ſunt claritate all'a all'a
℣ In cōſpectu agni amicti ſunt ſtolis albis, & palmæ
in manibus eorum. Repleti. Gl'ria. Repleti.

℟ VI pro Aptis

fructū multū alleluia alleluia. ℣.
Sicut dilexit me pater: et ego
dilexi vos. Qui. ℟.

Candidi facti sūt nazarei
eius alleluia splēdorem
deo dederūt all'a. Et sicut lac
coagulati sunt all'a alleluia. ℣.
Candidiores nive: nitidiores
lacte rubicūdiores ebore anti
quo saphiro pulchriores. Et.

Ad laud. et per hor. aň.

Sancti tui domine flore
bunt sicut liliū alleluia:
et sicut odor balsami erūt ante
te all'a. ps. Dns regn. cū rel. aň.

In celestibus regnis sanctorum
habitatio est alleluia: et inter
num requies eorum all'a. aň.

In velamēto clamabāt sanc
ti tui domine all'a all'a all'a.

spūs

Spiritus et anime iustorum hymnum dicite deo nostro alleluia alleluia. Fulgebunt iusti sicut sol ant. in conspectu dei alleluia. Hymnus.

qui competit. V. Preciosa in conspectu domini alleluia R. Mors sanctorum eius alleluia. Ad. benedictus. ant.

Hic hierusalem venite et videte martyres cum coronis quibus coronavit eos dominus in die solennitatis et leticie alleluia alleluia. Ad iii. R. breve.

Sancti et iusti in domino gaudete. Alleluia alleluia. V. Vos elegit deus in hereditatem sibi. alleluia. V. Gloria. R. Sancti. V. Lux perpetua. R. Et eternitas. Ad vi. R. breve. Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine. Alleluia. alleluia. V. Et eternitas temporum. alleluia. V. Gloria. R. Lux. V. Leticia sempiterna. R. Gaudium. Ad ix. R. breve. Leticia sempiterna super capita eorum. Alleluia alleluia. V. Gaudium et exultationem obtinebunt. Alleluia. V. Gloria. Leticia. V. Preciosa in conspectu domini. alleluia. R. Mors sanctorum. Ad vesperas ant. Sancti tui. cum reliquis psalmis. quae competit. hymnus competens. V. Preciosa. R. Mors sanctorum. Ad magnificat ant.

Sancti et iusti in domino

gaudete all'a: vos elegit deus
in hereditatē sibi all'a. ¶ De ɔfessor.
ꝛ v̄ginibꝫ fit officiū ɔsuetū. excepto q̄ ad inuit. añ.
v̄. R̄ia. tam breuia q̄ȝ alia in fine iūgitur. All'a.
¶ Si festū sc̄ti m̄rci venerit in die vel infra octaꝫ resur
rectiōis trāsfert' vsq; post dn̄icaꝫ in alb ꝛ officiū leta
mar fit in die q° celebrat' festū sc̄ti m̄rci. ¶ In festo
sc̄ti m̄rci euāgeliste. Ad v̄s. añ. Sc̄ti tui. cū rel'. ps.
Dixit dn̄s. cū rel'. In fine ps. Laudate do. oēs. hy̆ꝰ.
Tristes erāt apl'i. ꝛ or̄ in vtrisq; v̄s ꝛ matut. v̄. Sc̄ti
et iusti i dn̄o. R̄. Vos elegit. Ad m̄gt. añ.

Lux perpetua lucebit sāc
tis tuis dn̄e: et eternitas
tempoꝝ all'a. Ad matut. inuit. Regē apos
tolorū. hy̆ꝰ. Tristes erāt. In .j°. n°. Añ.

Cæli enarrant
2 Benedicam
3 Eructauit

Stabunt iusti in magna
cōstantia aduersus eos
qui se āgustiauerūt all'a. psal.
de apl'is. v̄. Sancti ꝛ iusti. R̄. Vos elegit. R̄. ii

primum respon. vide supra folio LV.

Tristicia vestra allelu
ia. Cōuertetur in gau
diū all'a all'a. v̄. Mundus
autē gaudebit: vos vero con

6

l viij.

triſtabimini: ſed triſticia veſ
tra. Conuerte. ℟. iii
PReciosa in cõſpectu dñi
allā. Mors sanctorū eius
alleluia. ℣. Custodit dñs oīa
oſſa eorū vnū ex his nõ cõ
teretur. Mors. ℟. iv
LVx perpetua lucebit
ſanctis tuis domine.
Et eternitas tēporū alleluia
allā. ℣. Letitia ſēpiterna erit ſu
per capita eorū: gaudiū et exul
tationē obtinebūt. Et. In ij. n. añ.
ECce quomodo cõputa
ti ſūt inter filios dei et
inter ſanctos ſors illorū est
allā. ℣. Lux perpetua lucebit. ℟.
FIlie hieruſalē venite et
videte martyres cū co
ronis: quibus coro

4 Omnes gentes
5 Exaudi de⁹ dep
6 Exaudi de⁹ orat

nauit eos dominus. In die ſo
lennitatis et leticie alleluia. ℣.
Quonia͂ co͂fortauit ſeras por
taru͂ tuaru͂: benedixit filios
tuos in te. In die. ℟. v
VIrtute magna reddebāt
apoſtoli. Teſtimonium
reſurrectio͂is ieſu chriſti dn͂i
noſtri alleluia alla. ℣. Repleti
quide͂ ſpiritu ſancto loquebā
tur cu͂ fiducia verbu͂ dei. Teſti.
ISti ſunt agni nouel ℟. vi
li. qui a͂nunciauerunt all'.
mo͂ venerunt ad fontes. Reple
ti ſunt claritate alla alleluia. ℣.
In conſpectu agni amicti ſu͂t
ſtolis albis et palme in mani
bus coru͂. Reple. In .ij. n. An͂.
LUx perpetua lucebit ſanc
tis tuis domine: et eter

Confitebimur tibi de⁹
Dn͂us regnauit exultet,
Dn͂us regnauit iraſcantur,

nitas tẽpor allã. ꝟ. Letitia ſepiter. ℟. VIIum pro. Aplis

EGo ſum vitis vera: et vos palmites. Qui manet in me et ego in eo: hic fert fructũ multũ allã allã.
ꝟ. Sicut dilexit me pater et ego dilexi vos. Qui manet. ℟. VIII.

CAndidi facti ſũt nazarei eius allã: ſplendorem deo dederũt allã. Et ſicut lac coagulati ſũt allã allã ꝟ. Candidiores niue: nitidiores lacte: rubicũdiores ebore antiquo: ſaphiro pulchriores. Et ſicut.

Ad lau. ꝛ ꝑ hor. añ. Sãcti tui dñe. cũ reľ. vt in cõi int' paſch̃ ꝛ pẽt. hỹ. Exultet cel. ꝟ. Precioſa. ad bñs. a͞ꝛ. Filie hier. Ad oẽs hor. ſicut s̃ in martyr. Ad vs. a͞ꝛ. Sctĩ tui dñe. cũ reľ. pſi. de aplis. hỹ. Triſtes erãt. ꝟ. precioſa in cõſpec. Ad mgt. añ.

SAncti et iuſti in dño gaudete allã: vos elegit

deus in hereditatē sibi all'a.

¶ In sctor̄ aplor̄ philipi et iacobi

Ad vs. añ. Dñe ostēde. cū rel'. de lau. Reliq̄ dīūr sicut in festo sācti mēi pter ar. lau. et p ho. ad mgt añ.

Non turbetur cor vestruz neq̄ formidet: creditis in deū et in me credite: in dom̄ patris mei māsiones mlte sūt all'a all'a. Ad lau. et p horas. añ.

Domine ostende nobis patrem: et sufficit nob all'a. ps. Dñs regn̄. cū rel'. añ.

Philippe qui videt me: videt et patrem meū all'a. añ.

Tanto tempore vobiscum sum: et nō cognouistis me: philippe qui videt me: videt et patrem meū all'a. añ.

Si cognouisset̄ me: et pr̄ez meū vtiq̄ cognouisset̄: et a

modo cognoſcetis eum: et
vidiſtis eū all'a all'a all'a
Si diligitis me mādata
mea ſeruate all'a all'a all'. Ad bñſ añ.
Ego ſum via veritas et vi
ta: nemo venit ad patrem: ni
ſi per me alleluia. Ad vs. añ. Dñe oñde.
cū rel'. pſalmus de aplis. Ad mgt. aña.
Si manſeritis in me: et v
ba mea in vobis manſe
rint: quodcūqꝫ petieritis fiet
vobis all'a alleluia alleluia.
In inuentiōe ſcte cruc. ad vs. añ.
Helena cōſtātini. cū rel'. de lau. ps. Dixit dñs. cū
rel'. In fine ps. Laudate dñs oēs gē. Hymn. O crux
aue ſpes. V. Hoc ſignū crucis erit in celo all'a. R.
Cū dñs adiudicandū venerit all'a. Ad mgt añ.
O Crux ſplendidior cunc
tis aſtris: mūdo celebris:
hoībus multū amabilis ſac
tior vniuerſis: que ſola fuiſ

ti digna portare talentū mun
di: dulce lignū dulces clauos
dulcia ferens pondera: ſalua
preſentē cateruā in tuis hodie
laudibꝰ congregatam allelu
ia. allā. allā. allā. Ad mat. inuitat.
Crucifixum
Christū regem dn̄m pro no
bis in cruce paſſū. Venite a
doremus allā. ps. Venite. hym. Pan
ge ligua ſicut in dn̄ica de paſſiōe. In .j. nº. An.
Inuicte crucis feſta recoli
mus cuius preconiū: vni
uerſum per orbē micati lumine
fulget, allā. ps. Beatus vir. ps.
Quare fre. ps. Dn̄e qd. v. Hoc ſig. R. Cū.
Glorioſuz diē ſacra ve R.
neretur eccleſia: dū triū
phale reſeratur lignum:
In quo redēptor: mortis vicu
la rūpens: callidū aſpidē supe

alleluia, alleluia.

ravit alleluia. ℣. In ligno pen
dens: nostre salutis semitam
verbū patris invenit. In quo.
Crux sacra dū patet: ℟.
prosternūtur hostes cer
tamine forti gaudet christico
le. Crucifixū iesū inmēsis pre
conijs venerites allā. ℣. Bar
bari dum ruūt: letant' plebes
que christū adorāt. Crucif. ℟.
Hec est arbor dignissima
in paradisi medio situa
ta. In qua salutis auctor mor
te propria morte omniū supe
ravit allā allā. ℣. Crux precel
lenti decore fulgida quā helena
cōstantini mater concupiscēti
aīo requisivit. In. In .ij. n°. añ.
Triūphus ille felix: sit
salus egris: vite lignū

Morte

R2.

Crux fidelis inter omn
arbor una nobilis, nulla sil
talem profert fronde, flore, ger
Dulce lignum, dulces clavos, du
pondus sustinuit, alleluia.

℣

Super omnia ligna cedrori
tu sola excelsior. Dulce, lign

R 4.
Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi, in quo est salus, vita et resurrectio nostra. per quem saluati et liberati sumus, alleluia.
V
Tuam crucem adoramus dñe, et recolimus tuam gloriosam passionem. per.

mortis remediū all'a. ps. Cum inuocarem. ps. Verba mea. ps. Dñe dñs nr. v. Adoramus te christe et benedicimus tibi all'a. R. Quia per crucē tuā redemisti mūdū all'a. R.

Crux est virga vigilans iubar glorie victorie quam signū. Qua salus etiam ex cunctis cedris speciosā elegit alleluia all'a. V. O lignū vite: o crux dignissima: que decorē et pulchritudinē de mēbris domini suscepisti. Qua. R.

Dum sacrū pignus celitus reuelatur: christi fides roboratur. Assunt diuina prodigia in virga moysi primitus figurata all'a. [alleluia] V. Ad crucis cōtactū resurgūt mortui: et dei magnalia referantur. Assunt. R.

O felix femina que flagra-
ti amore dñi feruẽs: cru-
cem et clauos meruit inuenire.
Et incliti principis frenũ eis
studuit decorare allã. ℣. In die
illo sicut scriptũ est: qđ erit i
freno: sctm dño uocabitur. Et
incliti. In iij n°. Añ.
Adoramus te christe et be-
nedicimus tibi: quia per
crucẽ tuã redemisti mũdũ al-
leluia. ps̃ Cantate. j. ps̃. Dñs reg.
ps̃. Cantate. ℣. Omnis tra adoret te deus et
psallat tibi allã. ℟. Psalmũ dicat nõi tuo allã. ℟.
Dulce lignũ dulces cla-
uos: dulce pondus sus-
tinuit: Que sola digna fu-
it portare preciũ huius seculi
alleluia. ℣. Hoc signũ crucis
erit in celo: cũ dñs adiudicã-

℟ 6.
Hoc signum crucis eri[t]
in celo, cũ Dnũs adiudicand[um]
uenerit: tuc manifesta e[runt]
abscondita cordib nostri, [a]
lleluia, alleluia.
℣
Cum sederit filius hom[inis]
in sede maiestatis suae, et c[e]
perit iudicare saeculum
per ignem. tuc man[ifesta]
Gloria patri. tuc

R 8.
Sicut Mojses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: Ut omnis qui credet in ipsum, non pereat, sed habeat vitā æternam, alleluia.
V.
Non misit Deus filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Ut omnis. Gloria. Ut.

Añe ad laudes quære inferius fol. 146.

dum venerit. Quc. R.
Hoc signum crucis erit i
celo cū dn̄s ad iudican
dū venerit. Tunc manifesta
erunt abscondita cordis nos
tri all'a all'a. V. Cum sederit fili
us hominis in sede maiestat
sue: et ceperit iudicare seculū
per ignē. Tūc Ad lau. ⁊ p ho. añ.
Helena constātini mater
hierosolymā petijt all'a.
ps. Dn̄s regnauit. cū rel'. añ.
Tunc precepit eos omnes
igne cremari: at illi timentes
tradiderūt iudam alleluia. añ.
Mors et vita apposita sunt
tibi: si nō ostenderis mihi cru
cem christi alleluia. aña.
Quuncq; ascēdisset iudas ò la
cu: peruenit ad locū vbi iace

bat sancta crux all'a. an̄.

Orabat iudas deus deus meus: ostende mihi lignum sancte crucis alleluia. ℣. Adoram⁹ te xp̄e ⁊ b̄ndicim⁹ tibi all'a. ℟. Q̄ꝛ p̄ cru. Ad b̄n̄ar.

Helena sancta dixit ad iudam: comple desiderium meū et viues super terram: ut ostendas mihi qui dicitur caluarie locus: ubi absconditū est preciosū lignū dn̄icum all'a.

Ad iij. ℟. ia bre. Hoc signū crucis erit in celo. All'a all'a. ℣. Cū dn̄s adiudicandū venerit. All'a. ℣ Gl'ia. ℟. Hoc. ℣ Adoram⁹ te xp̄e ⁊ b̄ndicim⁹ tibi all'a. ℟. Quia. ¶ Ad vj. ℟ bre. Adoram⁹ te xp̄e ⁊ b̄ndicim⁹ tibi. All'a all'a. ℣. Quia p crucē tuā redemisti mūdū. All'a. ℣. Gl'ia. ℟ Adoram⁹. ℣. Omnis terra. ℟ Psalmū di. ¶ Ad. ix. ℟. bre. Omnis t̄ra adoret te deus ⁊ psallat tibi. All'a all'a. ℣. Psalmū dicat nōi tuo all'a. ℣. Gl'ia. ℟. Oīs. ℣. Hoc signū crucis erit all'a. ℟ Cū dn̄s adiudicandū venerit all'a. ¶ Ad v̄s an̄. Helena. ps̄. Dixit dn̄s. In fine ps̄. Laudate dn̄z ōnes gētes. hy̅. O crux aue. ℣. Hoc sig

nū cru. ℟. Cum dn̄s. Ad mḡt an̄.

Cruce sancta subiit: qui infernū confregit: accinctus est potentia: surrexit die tertia alleluia. ¶ In festo sancti ioanis an̄ porta latinā. Ad vs̄ an̄. Scti tui. cū rel̄. ps̄ Dixit dn̄s. cū rel̄. In fine. Laudate dn̄z oēs. Hym̄ Tristes erāt. ℣. Scti et iusti. vt in festo scti mci.

Ad mḡt. an̄.

Ferventis olei dolium missus ioānes apostolus diuina se protegēte gratia illesus exiuit alleluia. E ōr in vtrisq̄ vis. Ad matutinū ⁊ ad oēs alias hor̄ oīa dn̄r sicut in festo sancti mci. ¶ In apparicioē scti michaelis Ad vs̄ an̄. Stetit angelus. cū rel̄ de lau. vt in alio festo ps̄. Dixit dn̄s. cū rel̄ in fine ps̄. Laudate dn̄z oēs. Hym̄. Tibi chr̄e. ℣. Stetit āgelus iuxta arā tēpli allā. ℟. Habens. Ad mḡt an̄. Dū sacrū. req̄re oīa hec i alio fes̄. septēb. Ad mat. inuit.

Regem archangelorum dnm̄. Venite adoremus allā. ps̄. Venite. Hym̄. Tibi chr̄e. In .j. n̄. an̄.

Concussum est mare: et contremuit terra ubi archangelus michael descendebat de celo alleluia. ps. Dñe dñs. ps. In dño cõfi. ps. Dñe qs. ℣. Stetit angelus iuxta. ℟. Habens. ℟. j.

Locutus est ad me unus ex septem angelis dicens: veni ostendã tibi novã nuptã sponsã agni. Et vidi hierusalẽ descendentẽ de celo ornatam monilibus suis alleluia allã allã. ℣. Et sustulit me in spiritu in montẽ magnũ et altum. Et vidi. ℟. ij.

Audivi vocẽ in celo angelorũ multorum dicentium. Timete dñm et date claritatẽ illi: et adorate eum qui fecit celũ et terrã. mare et fontes aq̃

Quæ omnia infra fol. 1 addit Atta.

rum. allâ allâ. V. Vidi angelū dei fortem volantē per medium celū. voce magna clamantem et dicentem. Timete. R. iij.

Ostendit mihi angelus fontē aque vive. et dixit ad me allâ. Hic deum adora. alleluia allâ allâ. V. Postq̄ȝ autem audissem et vidissē: cecidi ut adorarē ante pedes angeli qui mihi hec ostendebat: et dixit mihi. Hic. In. ij. n°. añ.

Michael archangele veni in adiutoriū populo dī alleluia. ps. Celi enarrāt. ps. Dñi est terra. ps. Iudica me.

V. Ascendit fumus. R. iiij. Factū est silentiū. cū rel. p ordinē ut habet in alio festo septēbris adlēdo in fine. Allâ. In tertio nocturn. añ.

Angelus archangelus mi

chael.

chael dei nũtius de animab9
iuſtis alleluia allã. ps̃ Cantate. j.
ps̃ Dñs regñ. excel. ps̃. Bñdic. j. v. In
conſpectu angelorum. Ad lau. et per hor. añ. Ste
tit angel9. cũ rel. vt i alio feſto. Reliq̃ oĩa dñr.
ſicut i alio feſto et in fine. v. añatur. et Rio. tam
breuia q̃ aliorum iungitur. Alleluia.

¶ In vigilia tranſlatiõis ſancti
pris nr̃i hieronymi ad vs̃. añ.

Iens per mundi circu
lum aſtra querit hiero
nimus: gerens viti pauper
culã ſicut predixit dñs allã. ps̃.
Dixit dñs. cũ reliqs. In fine ps̃.
Laudate dñm oẽs gẽtes. añ.
Eius laudes magnificans
et exultãs exercebor: ſuã doc
trinã applicans et declarans
confitebor alleluia. Añ.
Repellens hic caligĩnẽ erro
rũ inflãmatus: ſacro ſpiritu fla

nunc est hieronymus btus allla.
Omnes fideles pariter an.
celi ciues cantate. christi redemp
ti sanguine hieronymum lau
date alleluia. an.
Nouu prestet presidiu nor
ma vite beate: qui dotauit hie
ronymu omnes gentes lau
date. alleluia. Hym. Hymnu nouu. V. O
ra pro nob bte pr hieronyme allla. R. Ut dig
ni efficiamur pro. Ad mgt ana.
O Qui sanctu hierony
mu leo de silua predicat:
qui scripturar cumulu mira
virtute enodat: heremite mi
rifici vitam gerens. per luci
dam: celi ciues letificat: celi
ciues magnificat. alleluia.
Postea fit comemoratio d sac
to michaele. an.

PRinceps glorioſiſſime michael archangele eſto memor noſtri hic et vbiq; ſē per precare pro nobis filium dei allā all'. ṽ. In conſpectu. Ad mat. inuit.

Omnes āte preſepiū domiō iubilem9. chriſtū regē cū hie ronymo venite adorem9 allā. ps. Venite exl'. hym. Chor9 fidel. In .ſ.

Lactrauit monachus n̄. ar. ardore in flāmatus: āte dei preſepiū hieronym9 btūs allā. ps. Beat9 vir. ps. Quare fre. ps. Dn̄e q'd. ṽ. Amauit. R. Stollā. R.

Vite preclare ſpeculū et norma ſcītitatis: piiſſi mus hieronym9 doctor veritatis. Uite reſoluēs debitū et ſue proſperitatis allā. ṽ. Sa crū corpus contegite humo

credentes: ſpoliatū veſtibus
ſitis obedientes. Vite. R.
Paſtor et doctor optime
cur nos deſolatos ſine ꝑſu
le deſeris filios enutritos.
Errantes et omnibꝫ bonis ꝓ
uatos allā. V. Erue pater proſu
gos in terra aliena: nō haben
tes refugiū neqꝫ ſalutis veniā.
Errantes.
Terre aſperitatē vt preſē
tit vir dei. Jocundatꝫ ni
miuꝫ fecit ſermonē veri: deijciē
do vitia plantauit que ſūt dei
alleluia. V. Regulā dedit fratri
bus fultā dei timore: et ornatā
virtutibus dominico ſermo
ne. Jocundatꝫ. In .ij. n°. aā.
Iſtam veri dirigite in deū
ſalutarē: quia mihi preſi

dium fuit cum inuocaré allã.
ps. Cum inuoca. ps. Verba mea.
ps. Dñe dñs nr. v. Os iusti. R.
Uocemq3 mediocriter ele
uans vultu placido. Os
culum dedit pariter ſu
is iocundo animo allã. v. In ce
lu3 tenſis manib9 ad deu3 ora
uit lachrimis madẽtibus ipſi
ſe cõmendauit. Osculũ. R.
Terre mandate affectũ ante
dñi preſepe: cum cerne
ritis diſſolutũ corpus meu3
ſepelite. Et ſpoliatũ veſte nu
dum terra cooperite allã. v.
Eius mihi dantes corpus q
in ligno me redemit: anteq3 ſi
ſolutus ab his ſarcinis terreis. Et.
Regis regum ſanctus R.
corpus cũ hieronimus

cõſpexit: totus nimis inflā
matꝰ et adiutꝰ genu flexit.
Et proſtratus exclamauit. do
mine ad quid veniſti alleluia. ℣.
Bone paſtor nõ ſuȝ dignꝰ vt
ſub tectum meũ intres: qꝛ ego
reus tu benignus vt te ipſum
mihi preſtes: et te dones tanq̃
pignus promittentẽ ſumas
veſtes. Et proſtr. In iij. n. añ.
IN gemiſcẽs hieronymꝰ
charitatis dulcedine: ſu
pſit corpus dñicuȝ dicens ſal
ua me domine allā. ps. Dñe q̃
ps. Dñe in vir. ps. Dñi ẽ tr. ℣. Lex dei. ℟.
REgni celeſtis gaudia
ſanctoꝝ militiam voce
clamantẽ celica aſtātes
perſenſerũt. Veni dilecte dñi
accipe et recipe illam imenſaȝ

gloriã: quã tibi opera prepa
rata meruerũt allã. ℣. Audito
hoc hieronymus mentis cũ sũ
mo gaudio: clamauit ecce ad
te venio: me benigne iesu suſ
cipe. Veni. ℟.

TUnc subito diſparuit
lux et gloria illa egregia.
Cũ animã hieronymi fulgen
tẽ solis radijs: carnis solutis
delitijs celi suſcepit curia allã.
℣. Erat cirillus pontifex hiero
solymitane vrbis: in extaſi iã
positus diuinitꝰ dñi vidit. Cũ.
Ad laud. et per hor. añ.
REgni celestis curia cito
obuiã venimus: pro hie
ronymi anima quia mãdauit
dñs allã. ps. Dñs regñ. cũ rel'. an.
De carnis ergastulo animã

ſeparate: eī cum ſūmo gaudio
ferentes iubilate alleluia. añ.
Immēſis bñficijs hierony
mum laudemꝰ: cecis viſū reſ
tituit tactu laudetur deus allà.
Nefandorum ſpūū pro añ.
pulſorē adducite: deus et glo
riam pſallētes benedicite. all'. ℟.
Hieronymū ſoluentē lingue
vinculū et aurium vocate: doc
torē eximiū extollentes lau
date alleluia. Hyꝰ. Sanctoꝝ decus. ℣.
Ora p nob bte pat hieronyme all'. ℟. Vt. Ad bñs.
Nobis aſſit hierony añ.
mus virtutibus ornatꝰ:
per quē malus hereticus in li
gnum eſt mutatus: et oībus
videntibꝰ ab igne fuit crema
tus: et in cinerē conuerſus de
us ſit benedictus alleluia.

Ad .iij. R'ia. brc. dñr de conf. nō pōti. In .ij. vs. an.

Imitando veſtigia ſalua
toris: deſeruit propria:
vt dixit dñs alleluia. ps. Di
xit dñs cũ rel'. In fine ps. Laudate d.
Opera magna dñi inqui an.
rens meditabor: viam ſalutis
hominũ enodãs cõfitebor al
leluia. an.
Habitũ gerens humilẽ vir
tutibus ornatus: exaltatus
eſt hodie hieronymus bt's. all'.
Aſũmo acti ſpiritu a mũdi
vanitate cũ beato hieronymo
pueri deum laudate all'a. ps.
Norma ſcripture ſpeculũ
vite in ſanctitate: quia deſpe
xit ſeculũ: oẽs gentes laudate
alleluia. Hymn. Nouũ ſydus. V. Ora p nob
bt'e p'r hieronyme all'. R. Vt digni eff. ad mgt. an.

Regnās magnus hiero
nymus in vrbe quam
edificat: ſuis mōſtrauit fra
tribus legem qua iā letificat:
viam vite notificat regū re
gem magnificat allā.


¶ In vigilia natiuitatis ſancti
ioānis baptiſte ad vſ. añ.




Ipſe preibit ante illū



in ſpiritu et virtute heli e



parare domino plebem per



fectam. pš. Dixit dñs. añā.


Ioanes est nomē eius
vinū et sicerā nō bibet et
mu lti in natiuitate eius
gaudebūt. ps. Confitebor. an.
Ex utero senectutis et
sterili ioānes natus est. pre

cuſſor domini. ps. Beatus v. añ.

Iſte puer magnus coram

domino nã et manus eius

cum ipſo eſt. ps. Laudate pu.

Nazareus vocabitur

puer iſte vinũ et ſicerã non

bibet, et omne in mundū nō

mādu cabit ex utero matris

suc. ps. Laudate dn̄m oēs.


Hymn. Ut que ant laxis.

V. ffuit hō: missus a deo. R. Cum nomē erat ioanes. Ad mgt. aña.


Ingresso za

charia templū domini appa

ruit ei gabriel angelus



ſtans adextris alta



ris incenſi. Magnificat.

Ad matutinas. Inuitatoriu͂.

Regem precurſoris dominu͂. Venite adoremus. ps. Ve. In. j. n.

Priuſq͂ te formarem an͂. in vtero noui te: et ante q͂ progredereris ſanctificaui te. ps. Beatus vir. aña.

Ad omnia q̄ mittā te dicit dominus ibis: ne timeas: et q̄ ma͂dauero tibi loqueris ad eos. ps. Quare fremue. an͂.

Ne timeas a facie eoru͂: q̄r ego tecum ſu͂ dicit dn̄s. ps. Dn̄e qd. v̄. Fuit homo. R. Cui no. R.

Fuit homo missus a deo cui nomē erat ioānes. Hic venit in testimonium: vt testimoniū perhiberet de lumine: et parare dño plebē perfectā. ℣. Erat ioānes in deserto predicās baptismum penitētie. Hic venit. ℟.

Elisabeth zacharie magnum virū genuit. ioannē baptistam precursorē domini. Qui viam dño preparauit in heremo. ℣. Fuit homo missꝰ a deo cui nomē erat ioannes. Qui viā. ℟.

Priusq̄ꝫ te formarē in vtero noui te: et anteq̄ꝫ exires de ventre sanctificaui te. Et prophetā in gentibus dedi te. ℣. Vir dilectus a deo

et hoibꝫ honorificatꝫ est. Et
prophetam. In .ij. n°. añ.
Misit dominus manum
suã et tetigit os meũ: et
prophetã in gentibus dedit
me dominꝰ. ps. Cũ inuoca. añ.
Ecce dedi verba mea in ore
tuo: ecce constitui te super gẽ
tes et regna. ps. Verba mea. añ.
Dominus ab vtero vocauit
me de ventre matris mee recor
datus est nominis mei. ps.
Dñe dñs nr. ℣. Inter natos mulierũ nõ
surrexit maior. ℟. Joãne baptista. ℟.
Descendit angelus dñi
ad zachariam dicens:
accipe puerum in senec
tute tua. Et habebit nomen
ioãnes baptista. ℣. Iste puer
magnus corã domino: nã et

manus eius cũ ipso est. Et. ℞.

Hic est precursor dilect9 et lucerna lucens ãte dominũ. Ipse est eni ioãnes qui viam dño preparauit in heremo: sed et agnum dei demõstrauit: et illuminauit mentes hominũ. ℣. Ipse preibit ante illũ in spiritu et virtute helie. Ipse est eni. ℞.

Innuebãt patri eiusquẽ vellet vocari eum: ⁊ postullans pugillarẽ scripsit dicens. Joãnes est nomẽ eius. ℣. Apertũ est os zacharie ⁊ pphetauit dicẽs. Joan. In iii. nᵒ.

Posuit os meũ dñs añ. quasi gladium acutũ: sub vmbra manus sue protexit me. ps. Dñe quis. añ.

Formãs me ex vtero ſer
uum ſibi dñs in lucē gentiū:
vt ſit ſalus mea ab extremis
terre. ps. Dñe in virtu. añ.
Reges videbūt et cōſurgēt
principes: et adorabunt do
minū deum tuū qui elegit te.
ps. Bñdici. ℣. Elizabeth zacharie ma
gnū virū genuit. ℟. Joañē baptiſtā pre. ℟.
Precurſor domini venit
de quo ipſe teſtatur.
Nullus maior int' na
tos mulierū ioañe baptiſta. ℣.
Hic eſt enim propheta et pluſ
q̄ propheta de quo ſaluator
ait. Nullus. ℟.
Gabriel angelus apparu
it zacharie dicens: naſce
tur tibi filius nomē eius ioā
nes vocabitur. Et multi in na

tiuitate eius gaudebunt. ℣.
Erit eniз magnus corā dño
vinū et ſiceraā nō bibet. Et. ℟.
Ecce conſtitui te hodie ſu
per gentes et ſuper regna
dicit dominꝰ. Ut euellas et
deſtruas et edifices et plantes
in nomine dñi. ℣. Tu puer pro
pheta altiſſimi vocaberis: pre
ibis ante faciem dñi parare
vias eius. Ut. ℟.
Ipſe preibit ante illum
in ſpiritu et virtute he
lie. Ut conuertat corda patrū
in filios: parare dño plebem
perfectā. ℣. Erit enim magnꝰ co
rā dño ⁊ ſpū ſācto replebit̃. Ut.
Inter natos mulierū nō
ſurrexit maior ioanne
baptiſta. Qui viam dño pre

parauit in heremo. ℣. Fuit ho
mo missus a deo: cui nomen
erat ioannes. Q. Ad lau. ꝛ p. ho. a.

Elisabeth zacharie ma
gnū virum genuit ioannem
baptistā precursorē domini. ps.
Dñs regna. añ. Annuebat
patri eius quē vellet vocari


cum et ſcripſit dicens. ioan
nes eſt nomē eius. ps. Jubila.
Joannes vocabitur nomē
eius et in natiuitate eius mul
ti gaudebūt. ps. Deus deꝫ. an.
Inter natos mulie rum


nō ſurrexit maior ioanne
baptiſta. ps Benedicite oīa. aꝛ.
Tu puer propheta altiſ
ſimi vocaberis p̄ibis ante
dominū parare vias eius. ps̄.
Laudate do.
Hyn. O nimis felix. v. Iſ
te puer magnus corā dn̄o.
R. Nā ꝛ manus eius cū ipſo ē.
Ad bn̄s aña.

Apertum est os zacha

rie et prophetauit dicens be

nedi ctu s deus iſrael. ps.

Benedictus.

Ad .iij. ℟. bre. Fuit homo. Miſſus a deo. ℣. Cuino
mē erat ioānes. Miſſ9. Glia. ℟. Fuit. ℣. Int̄ na
tos mulier: nō ſurrexit maior. ℟. Joāne baptiſ.
¶ Ad vj. ℟. bre. Inter natos mulier, nō ſurrexit
maior. ℣. Joāne baptiſta. Nō. ℣. Glia. ℟. Inter. ℣.
Eliſabeth. ℟. Joānes. ¶ Ad .ix. ℟. bre. Eliſabeth
zacharie. Magnū virū genuit. ℣. Joānē bap
tiſtam precurſorē dn̄i. Magnū. ℣. Glia. ℟. Eliſ.
℣. Iſte puer magn9 corā dn̄o. ℟. Nā i manus.

Ad vš añ. Eliſabeth zacharie. cũ reliquis de lau. pš. Dixit dñs. cũ reliquis. In fine pš. Laudate dñz ões gẽ. Hym. Ut queãt. ṽ. Iſte pu er magnꝰ. R. Nã et manus. Ad mgt̃ añ.

Puer qui natus eſt nobis plusq̃ȝ propheta eſt hic ẽ enim de quo ſaluator ait int̃ natos mulierũ nõ ſurrexit maior ioãne baptiſta.



Magnifi.

¶ In sctor̃ m̃tyr̃ ioãnis ⁊ pauli. Ad vs. añ. paulꝰ ⁊ ioanes. cũ rel. de lau. ps. Dixit dñs. cũ rel. in fine. ps. Laudate dñm oẽs. Hy. et v. de cõi plurimor̃ m̃tyr̃. Ad mgt añ.

Astiterũt iusti ante dñm: et ab inuicẽ nõ sũt separati: calicẽ domini biberũt et amici dei apellati sũt. Et fit cõm. de scto ioãne baptista. Ad mat. inuit. Hy. añe et ps. v. de cõi plurimor̃ martyr̃. R. j.

Isti sunt duo viri misericordie qui assistũt ante dñm. Dominatorem vniuerse terre. V. Isti sunt due oliue: et duo candelabra lucentia ante dñm. Dñato. R. ij.

Vidi coniũctos viros habẽtes splendidas vestes: et angelus dñi locutus est ad me dicens. Isti sũt viri sãcti

facti amici dei. V. Uidi angelū dei fortem volantē per medium celū: voce magna clamantē et dicentem. Iſti ſūt. R. iiij. Uiri ſancti. cū rel. p ordinē vt in cōi plurimor mrtyr. vltimū vo ponit. R. Hec ē vera frat. Ad laud. a. pſō. ar.

Paulus et ioānes dixerūt iuliano: nos vnū deum colimus qui fecit celū et terrā. Ps. Dñs regnauit. cū rel. Añ.

Paulus et ioānes dixerunt ad terentianū: ſi tuus dominus eſt iulianus habeto pacē cum illo: nobis alius nō eſt niſi dominus ieſus chriſtus. Aña.

Ioānes et paulus cognoſcētes tyrānidem iuliani: facultates ſuas pauperibus erogare ceperunt. Añ.

Sancti ſpūs et anime iuſto

ruz hymnuz dicite deo all'a. an̄.
Ioannes et paulus dixerūt ad gallicanum: fac votum deo celi: et eris victor melius quā fuisti. Ad bn̄s. an̄.
Isti sunt sancti qui pro christi amore minas hominū contēpserunt: facti martyres in regno celorum exultāt cū angelis: o q̄z preciosa ē mors sanctorum qui assidue assistūt āte dominū: et ab inuicem nō sūt separati. Ad vs̄. an̄. Paulus et ioanes. cū rel'. ps̄. de cōi plurimorum mrtyrum. Ad mgt an̄.
Isti sunt due oliue et duo candelabra lucētia ante dominū: habent potestatem claudere celū nubibus: et aperire portas eius: quia ligue eorū claues celi facte sunt.

¶ In vigl'ia aploꝝ petri ꝛ pauli.

Ad. vs. aña. Petrus et ioānes. cū rel'. de lau. ps.
Dixit dñs. cū rel'. In fine ps. Laudate dñz oēs gē.
Hy. Aurea luce. V. In omnem terrā. Ad mgt' aā.

Tu es pastor ouium:
princeps apostolorum tibi tra
dite sunt claues regni celorum.

Magnificat.

Et nō fit com. de scto ioā
ne. Ad mat. inuitatoriū.

Regem aposto
lorum dominum.

Venite adoremus. ps. Ve. Hy. Eterna chri
stic noctual. ps. v. ꝛ R. bre dñi de cōi aploꝝ. R.

Symō petre anteqz de na
ui vocarē te noui te: et

ſuper plebem meā principē te
conſtitui. Et claues regni celo
rum tradidi tibi. ℣. Quodcūqꝫ
ligaueris ſuper terrā: erit liga
tuꝫ et in celis: ꝛ quodcūqꝫ ſolue
ris ſuper terrā erit ſolutuꝫ et in
celis. Et claues. ℟.

Si diligis me ſimō petre
paſce oues meas: domine
tu noſti quia amo te. Et animā
meā pono pro te. ℣. Si oportu
erit me mori tecum non te ne
gabo. Et animā. ℟.

Tu es petrus: et ſup hanc
petram edificabo eccleſiā
meā: et porte inferi nō preualē
bunt aduerſus eam. Et tibi
dabo claues regni celorum. ℣.
Quodcūqꝫ ligaueris ſuper ter
ram erit ligatum et in celis: et

quodcūqȝ ſolueris ſuper ter
ram erit ſolutum et in celis. Et.
Domine ſi tu es iube ℟.
me venire ad te ſuper a
quas. Et extendēs manū ap
prehendit eum: et dixit ieſus:
modice fidei quare dubitaſti.
℣. Cumqȝ vidiſſet ventum vali
dum venientē timuit: et cum
cepiſſet mergi: clamauit dicēs
domine ſaluū me fac. Et. ℟.
Surge petre et indue te veſ
timentis tuis: accipe for
titudinē ad ſaluandas gentes.
Quia ceciderunt cathene de ma
nibus tuis. ℣. Angelus domi
ni aſtitit et lumē refulſit in ha
bitaculo carceris: percuſſoqȝ la
tere petri: excitauit eum dicens
ſurge velociter. Quia. ℟.

Tu es paſtor ouiū prin
ceps apoſtolorū: tibi tra
didit deus omnia regna mun
di. Et ideo tradite ſunt tibi
claues regni celorū. ℣. Quodcūqꝫ
ligaueris ſuper terrā erit liga
tum et in celis: et qd̃cunqꝫ ſol
ueris ſuper terrā erit ſolutum
et in celis. Et. ℟.

Ego pro te rogaui petre:
ut nō deficiat fides tua.
Et tu aliquando conuerſus: cō
firma fratres tuos. ℣. Caro et
ſanguis nō reuelauit tibi: ſed
pater meus qui ē in celis. Et.

Quem dicūt homines ℟.
eſſe filium hominis: dixit
ieſus diſcipulis ſuis: reſpōdens
petrus dixit: tu es chriſtus fi
lius dei uiui. Et ego dico tibi

quia tu es petrus et super hāc petram edificabo ecclesiā meā.
℣. Beatus es symō bariona. quia caro et sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Et ego. Ad lau ps. hō. ar.

PEtrus et ioannes ascendebāt in templū ad horam orationis nonā. ps. Oīs regū. an. Argen


tum et aurũ nõ est mi hi
quod autẽ habeo hoc tibi
do. ps. Jubilate deo. an. Di
xit angelus ad petrum circũ
da tibi vestimentũ tuum et
sequere me. ps. Deus deus. a.


Misit dominus ange
lum suũ et liberauit me de
manu herodis alleluia. ps̄.
Bñe oĩa. añ. Tu es petrus
et super hãc petram edifica
bo ecclesiã meã. ps̄. Laudate d.



Ihẽys. Jam
bone paſ.
Ad bñs.
anā.
Quodcũqꝫ liga
ueris ſuper terrā erit ligatū
et in celis et quodcũqꝫ ſol
ueris ſuper terrā erit ſolu
tum et in celis dicit domi
nus ſymoni petro. ps. Bñs.

In vs fres q̃ habuerit eccliã scti pauli dicãt añ.
Ego plantaui. cũ rel'. ps. Dixit dñs. cũ rel'. In fine.
Laudate d. oẽs. Hym. Doctor. Sit. ℣. Tu es vas. ℟.
predicator veritatis. Ad mgt aña.

Sancte paule apostole p̃dicator veritatis et doctor gentium intercede pro nobis ad deum qui te elegit. ℣.
Ut digni efficiamur grã dei. Predicta aña. sine ℣.
or in ꝯme. scti pauli cũ aliqd festũ de scto petro celebrat'. Pro scto petro añ. Tu es pastor ouium.
℣. Tu es petrꝰ. ℟. Et sup hanc petrã.
Qui vero nõ habuerit ecclesiam scti pauli dicit añ.
Iurauit dñs. cũ rel'. de comuni apostolor. ps.
de apostolis. Hym. Aurea luce. Ianitor. Sit trini.

Ad mgt añ.




luia hodie clauicularius reg
ni gaudēs migrauit ad chris
tum hodie paulus apostolꝰ
lumē orbis terre inclinato
capite pro christi nomine mar
tyrio coronatus est alleluia.



Magnificat.

Nota q' isto die nõ fit cõm. de scto paulo: q' oro cõis est: nisi fres habuerit eccliã sci pauli sic dictũ est. His duobus diebꝫ nulla fit cõm. de scto ioãne. ¶ In cõmem. scti pauli ad mat. inuit. Regẽ aplõr. ps. Venite. Hym. Doctor. In i. n. añ.

Qui operatus est petro in apostolatu: operatus est et mihi inter gentes: et cognouerũt gratiã que data est mihi a christo dño. ps. Celi enar. V. Qui me segregauit ex vtero matris mee: et vocauit per gratiam suã. In fine psalmor. dñr. vsi añar. añ. añas. Excepto q' p hõ. diei nõ dñr tales. V. an.

Scio cui credidi et certus sum: quia potens est depositũ meũ seruare in illũ diẽ iustus iudex. ps. Bñdici. V. De reliquo reposita est mihi corona iusticie. R.

Mihi vivere christus est et mori lucrũ. gloriari me oportet in cruce domini nostri iesu christi. ps. Eructavit. V. Per quẽ mihi mũdus crucifixus est et ego mũdo. V. et

Reliq. brev. dicũtur de cõi. apostolorum. R.

Qui operatus est petro in apostolatũ: operatus est et mihi inter gẽtes. Et cognoverũt grãm dei que data est mihi. V. Gratia dei in me vacua nõ fuit: sed gratia eius sẽper in me manet. Et.

Bonum certamẽ certavi: cursũ consumavi: fidem servavi. Ideoqꝫ reposita est mihi corona iusticie. V. Scio cui credidi: et certus sũ quia potens est depositum

meū ſeruare in illū die. Ideo.
R. Eposita est mihi coro- R.
na iusticie. Quā reddet
mihi dominus in illa die iuſ
tus iudex. V. Scio cui credidi:
et certus ſum quia potens est
depositū meum ſeruare in il
lum diem. Quā. In ij. n. aīn.
Tu es vas electionis ſācte
te paule apostole: predi
cator veritatis in vniuerso mū
do. ps. Oīes gen. V. Per quē
oīes gentes cognouerūt gra
tiam dei. aīn.
Magnus ſanctus paulꝰ vas
electionis: vere digne est glo
rificādus: qui et meruit thro
nū duodecimū poſſidere. ps.
Exaudi d̄s dep. V. In regene
ratione cū ſederit filius hoīs

in sede maiestatis sue. añ.
Bonum certamē certaui:
cursū consumaui: fidē seruaui.
ps. Exaudi deus ora. ꝟ. De ce
tero reposita est mihi corona
iusticie. R.
Tu es vas electiōis sāc
te paule apostole pre
dicator veritatis in vniuerso
mūdo. Per quē omnes gen
tes cognouerūt gratiā dei. ꝟ.
Intercede pro nobis ad deū
qui te elegit. Per. R.
Gratia dei sum id quod
sum. Et gratia eius in
me vacua nō fuit: sed sēper
in me manet. ꝟ. Qui operatus
est petro in apostolatu: ope
ratus est et mihi inter gētes
Et gratia. R.

Saulus qui et paulus magnus predicator. A deo cófortatus cóualescebat et cófūdebat iudeos. ℣. Ostendens quia hic est christus filius dei. A deo. In iii. n. añ.

Saulus qui ⁊ paulꝰ magnus predicator: a deo cófortatus cóualescebat et cófundebat iudeos. ps. Confitebimur. ℣. Ostēdēs quia hic est christus filius dei. añ.

Ne magnitudo reuelationū extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee āgelus sathane qui me colaphizet: propter qđ ter dñm rogaui: vt auferetur a me et dixit mihi dominus: sufficit tibi paule gratia mea. ps. Dñs

reg̃. exul. ℣. Nam virtus in infirmitate perficitur. añã. Reposita est mihi corona iusticie: quã reddet mihi dñs in illũ diẽ iustus iudex. ps̃. Dñs reg̃. irasc. ℣. Cooperate in me gratia spiritus sãcti. ℟. Sancte paule apostole predicator veritatis et doctor gentiũ. Intercede pro nobis ad deũ qui te elegit: vt digni efficiamur grãcia dei. ℣. Tu es vas electiõis sãcte paule apostole: predicator veritatis. Intercede. ℟. Damasci prepositus gẽtis arethe regis voluit me cõprehẽdere a fratribꝫ per murũ. Submissus sũ in sporta: et sic euasi manus eius in

nomine domini. ℣. Deus et pa
ter dñi nostri iesu christi scit
quia nõ mentior. Submiss.
Ad lau. et per hor. dici. añ.
EGo plantaui: apollo ri
gauit: deus autẽ incre
mentũ dedit alleluia. ps. Dñs
regñ. cũ rel. ℣. Unusquisqꝫ p
priã mercedẽ accipiet secũdũ
suum laborem. añ.
Libenter gloriabor in infir
mitatibus meis: vt inhabi
tet in me virtus chri. ℣. Quã
do eni infirmor tũc fortior sũ.
Gratia dei in me vacua ℟.
nõ fuit: sed gratia eius sẽper
in me manet. ℣. Gratia dei sũ
id qđ sum. añ.
Damasci prepositꝰ gentis a
rethe regis: voluit me cõpre

hendere: a fratribus per mu
rus ſubmiſſus ſum in ſporta:
et ſic euaſi manus eius in no
mine domini. ℣. Deus et pa
ter dñi noſtri ieſu chriſti ſcit:
quia nõ mentior. Aña.
Ter virgis ceſus ſũ: ſemel
lapidatus ſum: ter naufragi
um pertuli pro chriſti nomi
ne. ℣. Nocte ac die in profũ
dum maris fui. Hymn. Exultet celũ.
℣. Tu es vas. ℟. Predicator. Ad bñs añ.
Vos qui ſecuti eſtis me:
ſedebitis ſuper ſedes
iudicãtes duodecĩ tribꝰ iſrael
dicit dñs. ℣. Cum ſederit fi
lius hominis in ſede maieſta
tis ſue. Pro ſcto petro. Tu es paſtor.
Fo. lxxviij. ℣. Tu es petrꝰ. ℟. Et ſup. Ad bñ añ.
Jurauit dñs. cũ reľ de cõi aplõꝝ. pſal' de aphis.


Pro ſcto ioāne. Ihūs. Et queāt. ℣. Fuit hō. Ad mgt aň. Ingreſſo zacha. Et duplicat^r rōne feſti cōmemorōis ſcti pauli. Deinde fit cōmō. de aplis. aña.

Glorioſi principes terre quomodo in vita ſua dilexerūt ſe: ita et in morte nō ſunt ſeparati. ℣. Conſtitues eos.

Notandū q^r p octāu. dr. ad mgt aň. Glorioſi principes. ℣. Conſtitues eos. Et ad bñs. aň.

Petrus apoſtolus et paulus doctor gentiuz ipſi nos docuerūt legem tuaz domine. ℣. In omnē terrā exiuit.

¶ In feſto viſitationis beate marie virginis. In p̄mis veſperis aña.



Exurgens maria vir

go ſicut aurora valde ruti

lans mōtana cōſcendit in

feſtinatione vt viſitet eli ſa

beth. ℣. Dixit dñs. ℟. Mō

tana conſcēdit virgo filia

ſyon vt viſitet eliſabeth feſtina


in gaudio ferens in vtero
redemptorē. ps. Laudate pu.
Vnde hoc mihi filie
hieruſalem vt veniat ad me
mater domini mei. ps. Letatus. R.
Egredimini in occurſuz


illius dicentes veni pulche
rima mulierum visitare nos
in pace. ps. Nisi dns. R. Fes
tina virgo suauissima visi
tare nos in pace vultū enim
tuus desiderat uni uersa


Hym̄. In laude hrlm. ℣. Exurgēs hodie mᵃ ṽgo: abijt in mōtana. ℟. Et salutauit helisabeth.

Ad mgt aña.





cuius igne virgo succensa



magnificat ait anima mea



dominũ. Magnificat. Ad mat. inuit.

Ecce venit virgineũ decus vt visitet elisabeth. Latentẽ in vtero eius adoremus emanuel. ps. Venite exul. Hym. Generosa virgo. In .j. n°. an.

Ecce stella ex iacob solẽ de se generãs: montes scandit festinãdo mira luce rutilat. ps. Dñe dñs nr. an.

Procedens a nazareth vir

go dei genitrix: motana cō[~]
scendit in festinatione vt vi
sitet elisabeth. ps. Celi enar. an.
Quā pulchri sunt gressus
tui filia principis absqꝫ eo
quod intrinsecus latet: veni
pulcherrima mulierū visita
re nos in pace. ps. Dn̄i est ter.
v. Festina v̄go suauissima: visitare nos in
pace. R. Vultū eni tuū desiderat vni. R.
Exulta satis hodie sy
on gaude et letare hie
rusalem. Ecce venit
salus tua in colle montiuꝫ:
vt visitet elisabeth. v. Letare
israel exulta nimiū: abster
ge lachrimas: depone tedi
um. Ecce venit. R.
Nuncius celsus gabriel
locutus est marie dicēs:

ecce elisabeth cognata tua et
ipsa concepit filiū in senectu
te sua. Quia nō erit impossi
bile apud deū omne verbū
V. Nō est sanctus ut est dn̄s:
qui habitare facit steriles in
domo matrē filiorū letantē.
Quia nō. R.
Exurgens autē maria vir
go christo grauida abijt
in montana cū festinatione
in ciuitatem iuda. Et intrauit
in domū zacharie et saluta
uit elisabeth. V. Certa quidē
de nuncio: deuota pro officio
festina pro gaudio perrexit i
mōtana. Et intrauit. V. Gloria.
Et intra. In. ij. n°. aū.
Que est ista que processit
sicut aurora consurgēs:

pulchra vt luna: electa vt sol.
ps. Eructauit. añ.
Ego flos campi et lilium
conualliũ: beati qui custodi
unt vias meas. ps. Deus nr̃. añ.
Vie tue vie pulchre filie
hierusalẽ: et omnes semite
tue pacifice. ps. Magnus dñs.
℣. Quã pulchri sũt gressus tui: filia pricipis.
℟. Absq; eo quod intriñsecus latet. ℟.
Factum est autẽ vt au
diuit elisabeth saluta
tionẽ marie: ad suaui
tatem eloquij eius: exultauit
in gaudio infãs in vtero. Et
repleta est spiritu sancto elisa
beth. ℣. Verbum suaue ꝑtulit
virgo mitis eloquio: qđ dul
citer vt tonuit gaudet infãs
in vtero. Et re. ℟.

Quam dulcia ſunt eloq̄a
tua virgo dei genitrix.
Sonet vox tua in auribus
meis. Vox enim tua dulcis
et facies tua decora. ℣. Fauus
diſtillans labia tua: mel et lac
ſub lingua tua. Vox. ℟.

Unde hoc mihi vt veni
at mater domini mei ad
me: ecce enim ex quo facta ē
vox ſalutationis tue in au
ribus meis: exultauit i gau
dio infans in vtero meo. Et
beata que credidiſti: quoniā
perficientur in te que dicta
ſunt tibi. ℣. Magnificat ani
ma mea dñz: et exultauit ſpi
ritus meus in deo ſalutari
meo. Et. In. iijᵒ. nᵒ. añ.

Germinabis ſicut lilium et ſuauitatis odorē: par-
turies glorioſe dei noſtri de-
corē. ps. Cantate. i. añ.
Gloria libani et decor carm-
li data ſūt tibi filia hieruſalē:
letabunda laudaberis in eternū.
ps. Dñs regn. exul. aña.
Magnificat anima mea do-
minū: et exultauit ſpiritus
meus in deo ſalutari meo: quia
reſpexit humilitatē ancille
ſue. ps. Cantate. ii. V. Sonet vox tua
in auribus meis: virgo dei genitrix. R. Vox
enim tua dulcis: et facies tua decora. R.
Congaudete mecū et cō-
gratulamini mihi filie
hieruſalē quia cū eſſem
ſterilis viſitauit me dñs. Et
abſtulit opprobriū meū in ſe-

nectute mea. ℣. Viſitauit me
dei genitrix et ſalutauit: et
exultauit in gaudio infans
in vtero meo. Et abſtul. ℟.
Ita ſpiritu humilitatis
canticũ cecinit maria
dicẽs: magnificat anima mea
dñm: et exultauit ſpũs meus
in deo ſalutari meo. Quia reſ-
pexit humilitatẽ ancille ſue.
℣. Miſericordias dñi in eternũ can-
tabo: ⁊ exſtabo in dño deo ie-
ſu meo. Que. Ad lau. ⁊ p horas. ar.



Nuncius celſus gabri



el locutus eſt marie dicens


ecce eliſabeth cognata tua
et ipſa cōcepit fili um in ſe
nectute ſua. ps. Dñs regñ. añ.
Exurgens autē maria
virgo chriſto grauida a
bijt in motana cū feſtinatio


ne et ſalutauit eliſabeth. ps.
Jubilate. an. Factu̅ est
autem vt audiuit heliſabeth
ſalutatione̅ marie exulta
uit in gaudio infans in vtero
eius. ps. Deus ds. an. Re


pleta eſt ſpiritu ſacto eliſabeth
et exclamauit dicens bn̄dicta
tu inter mulieres et benedi c
tus fructꝰ vētris tui. ps. Bn̄e. an
In ſpiritu humilita tis
canticū cecinit maria dicens

magni ficat anima mea do

minū et exultauit ſpiritus

meus in deo ſalutari meo. Ps.

Hym. Vox clara dulcis

V. Exurgēs hodie maria

virgo abijt in mōtana. R.

Et ſaluta. Ad bñs aña.

Laudate dñs.

VEniens in vtero vir

ginali viſitauit hodie domi

nus plebem ſuā ſicut locu

tus eſt per os ſanctoꝝ qui

a ſeculo ſūt beata viſcera ma

rie virginis que portauerit

eterni patris filiū. Benedictꝰ.

Ad iij. ℟. Feſtina v̄go ſuauiſſima. Viſitare nos in pace. ℣. Vultū enī tuū deſiderat vniuerſa t̄ra. Viſi. ℟. Feſti. ℣. Quā pulchri. ¶ Ad vj. ℟. Quā pulchri ſūt greſſus tui: filia p̄cipis. ℣. Abſq;

co qđ intriſecus latet. Filia. ℣. Glia. ℟. Quā. ℣.
Sonet vox tua in auribꝰ meis: Vgo dei genitrix.
℟. Vox eni tua dulcis, ⁊ facies tua decora. Ad
ſx̄ ℟. Sonet vox tua in auribꝰ meis. Virgo dei
genitrix. ℣. Vox eni tua dulcis ⁊ facies tua de
cora. Virgo. ℣. Glia. ℟. Sonet. ℣. Fauus diſti
lans labia tua. ℟. Mel et lac ſub ligua tua.
¶ In ſcdis vſ. añ. Nunciuꝫ cel. cū rel'. pſal'. de ſctā
mª. Hyꝫ. Aue ſtella. ℣. Repleta ſpū ſcto eliſabeth.
clamauit dicēs. ℟. Bndicta tu int'. Ad mḡt aña.





In octā aploꝝ. Ad vs. aā. Hoc est preceptū. ps. Dixit dns. In fine. Laudate dnm oēs. oia alia dnr de coi aploꝝ pret' añas ad bns. a mgt. l. Ad bns. añ. glioſi pricipes. Ad mgt añ. Petrus aplus.

In scte

In ſcte marie magdalene.

Ad vſ. añ. Dū eſſet rex. cū rel'. de lau. pſ. de cōi virginū. Hẏm. Marci mariæ. V. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. R. Propterea. Ad mgt añ.

IN diebus illis mulier que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit q iesus accubuit in domo ſimonis leproſi: attulit alabaſtrū vnguēti: et ſtans retro ſecus pedes domini ieſu: lachrimis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis ſui tergebat: et oſculabatur pedes eius: et vngento vngebat. Ad mat inuit.

Gaudemus deū noſtrum.

In cōuerſione marie magdalene. Hẏm. Marci mariæ. In. ſ. n. añ.

O Quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. pſalī. de cōi. virgi. añ.

Leua eius ſub capite meo:
et dextera illius āplexabitur
me. añ.
Reuertere reuertere ſuna
mitis: reuertere reuertere vt
intueamur te. ℣. Specie tua. ℟.
Maria magdalene et al
tera maria ibant dilu
culo ad monumentū.
Jeſum quē queritis non eſt
hic: ſurrexit ſicut locutus eſt
precedet vos in galileā. ibi eū
videbitis alleluia allā. ℣. Et
valde mane vna ſabbatorum
veniūt ad monumentū orto
iam ſole: et introeūtes viderūt
iuuenē ſedentē in dextris. qui
dicit illis Jeſū. ℟.
Congratulamini mihi ō
nes qui diligitis dñm:

quia quē querebā apparuit mihi. Et dum flerē ad monumentū: vidi dominū meū alleluia. ℣. Recedentibꝰ discipulis nō recedebā: et amoris eius igne succēsa ardebam desiderio. Et. ℟.

Tulerunt dn̄m meū: et nescio ubi posuerūt eū. dicūt ei angeli: mulier quid ploras: surrexit sicut dixit. Precedet vos in galileā: ibi eum videbitis alleluia allā. ℣. Dum ergo fleret: inclinauit se: et prospexit in monumē tū: et vidit duos angelos in albis sedētes. qui dicunt ei. Precedet. In .ij. et iij. n. añe. ps. et ℣. dn̄r. de cō. vginū. ℟. iiij. Diffusa. ℟. v. Specie tua. ℟. vj. Propter ve. ℟. vij. Dilexisti. ℟. viij. Regnū mūdi.


Ad lau. ꝑ p hor. añ. Dū eſſet rex. cū rel'. Req̄re i comuni alicuiꝰ ſcte nec virgiſ nec mrīs. Hȳ. Huius obtentu. ℣. Elegit eā. Ad bñs añ.

Maria ergo vnxit pedes iesu: et exterſit capillis ſuis: et domus impleta ē ex odore vnguenti. Ad vſ. añ. Dū eſſet rex cū rel'. pſ. de cōi vgī. Hȳ Marci. ℣. Elegit. Ad mḡ. añ.

Mĩlier que erat in ciuitate peccatrix: attulit alabaſtrū vnguēti: et ſtans retro ſecus pedes dñi lachrymis cepit rigare pedes eius et capillis capitis ſui tergebat.

¶ In feſto ſcti iacobi apoſtoli.

Ad vſ. añ. Princeps pac. cū rel'. pſ. Dixit dñs. cū rel'. In fīe. pſ. Laudate do. ōes gē. R̄. brē. ⁊ ℣. dñr ō cōi. apl'or. Hȳ. Plaudat turba. Ad mḡt añ.



O Lux et decus hyſ-


panie ſanctiſſime iacobe
qui inter apoſtolos prima
tum tene s primus coruz
marty rio laure atus o
ſingulare preſi di uz qui
meruiſti vide re redêpto


tem nostrũ ad huc mortalē
in de ita te transformatus
exa udi pre ces seruo
rũ tuo rum et interce
de pro no stra
sa lute omniũq; popu

C.



lore a lle luia. Magnifi.

Ad mat. inuitat.

Magni iacobi colentes sa
crum nataliciū. Adoremus
congaudētes christū dei fi
lium. ps. Venite. Hymnus. Hymnus cano. In

Exultauit iacobus .s.n.añ.
ad currendā viam: de
syon egressio eius: et in finē
orbis t're occursus eius. ps. Celi enā.

Exaltemus nomē eius añ.
in idipsū: sēper laus eius in
ore hominū. ps. Bñdicā do. ℟.

Accingere gladio tuo sup
femur tuū potētissime: intē
de prospere procede et regna.
ps. Eructauit cor meū. ℣. In
omnē terram. ℟. Et in fines orb. ℟.

Relicto patre zebedeo
in mari: beatus iaco
bus apostolus vocan
tem de littore secutus est re
dēptorem: illius veneranda
sectando vestigia. Et glorio
so illius sēper frueretur amo
re. V. Relicto igitur patre na
uigio cum retibus chr̄m re
gem secutus est corde gressu
et actibus. Et. R.

Inclitum sibi dominus
elegit apostolū iacobū
zebedei: suorum pre ceteris
consciū archanorū. Quē sa
cro martyrio apostolorum
oīuʒ voluit esse primatē. V.
Dominꝰ elegit eū: et finiuʒ
terre principē fecit illum: in
p̄sidiū terre p̄pli sui. Quē. R.

TRanſfiguratus dñs: et
factus in agonia iaco
bum: pre ceteris cũ petro et
ioãne ſibi ad eſſe voluit. Et
quanto dignus eſſet hono
re: ita fidelibus demõſtrare
℣. Petrus quidẽ ſacerdotiu
ioannes vitã innocentiũ: iac
bus vero regale ſignabat im
periũ. Alt. Glia. Alt. In. ij. n. a
Euntibus apoſtolis in
mundũ vniuerſũ: ia
cobus zebedei partes hyſp
norum gratia predicationi
accepit. ps. Omnes gẽtes. a
Ad ſolis occaſum pri m
illuxit luce perẽni: gratia ei
ius fulſit origo fidei ſacre i
finibus terre. ps. Exaudi ds o
Sicut enim ſplendor lucis

fugat noctis tenebras: ſic iſ
te ſignifer crucis illuſtrat hyſ
paniam. ps. Exaudi deus ora.
Ego elegi te ſeruū meū
dicit dominus: et cha
ritate nō ficta dilexi te:
et in finibus terre principē te
conſtitui. In preſidiū terre po
puli mei. ℣. Accingere gladio
tuo ſuper femur tuū potentiſ
ſime: intende proſpere proce
de et regna: quoniā ego elegi
te. In preſidiū. ℟.
Tanquam ſidus matutinum
beatus iacobus apoſto
lus occiduas orbis partes a
grediens. Lucis ſue radijs
totā illuſtrare cepit hyſpaniā.
℣. Hoc matutino ſidere claro
fulget hyſpania lumine vero

cuius et ſplendor a finibus
terre cũcto rutilat orbe. Lucis.
Regreſſus ab hyſpa ℞.
nia iacobus in iudeam:
aſſidue predicationi vacare
nõ deſinẽs. Signis et prodi
gijs plurimos ad dominum
conuertebat. ℣. Exiguo qui
dẽ tempore poſt paſſionẽ do
mini vixit: plurimũ tñ dño
populũ adquiſiuit. Signis.
℣. Gloria. Sig. In. iij. n. añ.
Seuiens autẽ rex pro
phanus herodes: aplõ
chriſti parauit inſidias. ps.
Cõfitebimur. añ.
Miſit enim manus ſuas vt
affligeret quoſdã de eccleſia:
occidit autẽ iacobũ fratrẽ io
annis gladio. ps. Dñs regñ. dec. a.

Diſcipuli autē venerāduz
corpus apoſtoli in hyſpani
am deferentes: honorifice ſe
pelierūt. ℣. Dn̄s regn̄. iraſ. ℟.
Veniens de celo beatus
iacobus apoſtolus ſe
ipe debellātibus paret
in bello: et nimio zelo. Acies
conterit paganoꝝ. ℣. Hic ſo
lus in apoſtolis tenet figu
ram militis: ſacro munitus
gladio: equo potenti reſidēs:
tanq̄ magnificus triūphator.
Acies conte. ℟.
O princeps terre finium
inclite ſancte iacobe: in
patrie preſidiū plebi datus
hyſpanie in hac valle miſerie.
Fer miſeris auxiliū. ℣. Poſce
robur bellantibꝫ: peregrinis

ſolatium: ſalutē egrotantib⁹: cūctis perēne gaudiū. Fer. ℟. IOcunda letetur plebs hyſpanorū tanti patroni ſuffulta preſidijs. Quo preliante fugatur ab illis gētes paganorū. ℣. Jacobi nomen turba fidelis: inuocet ſemper cū intrat in bellis. Quo. Glia. Quo. Ad lau. ⁊ p horas. añ.

X cūctis





iacobum zebedei. p̄s. Dñs reg. a.
D o minus elegit e
um et finium terre principē
fecit illum in presidius terre
populi sui. p̄s. Jubilate. aīi.
H ic est princeps mag


nificus christo coniũctus sã
guine primus palma glo
ri ficus aposto lorũ
agmine. ps. Deus deus. aña.
De littore maris vo
cauit cum dominus e t


ſecretorum ſuorū preteris
ſepe fecit eſſe pa rticipē ps.
Bñdicite. añ. Hic belli
ger fortis veniens de celo
ſe pe bella ntibus pa ret
in bello a cies conte

rens


rens paganoꝝ. ps. Laudate.
Hym. Gaude felix. ℣. Annũciauerũt opa dei. ℟. Et facta eius i tellexerũt. Ad bñs. añ.
L audat
exultans mente deuota tur
ba fi delis hy spani arũ
ſimulqꝫ to tus orbis te
rrarum tanto patrono di

rigat vota vt ſu a prec

ce omnes ad loca ce lſa ve

hamur de li ciarum. Ps.

In ſcudis vis añ. Princeps pacis. cũ rel. de lau. Ps. Dixit dñs. cũ rel. de cõi aplor. Hymn. Adeſto ſcte.

Bñdictus.

V. Annũciauerũt opa dei. R. Et facta eis intellexerũt. Ad mgt añ.


O Sig

nifer apo ſto lorum


pri mus belli triumphator
c o rum beate iacobe apoſ
tole qui tanto decore fines
te rrarum i lluſtras qꝫ
ſublimi a ſūt tu oꝝ inſig
nia merito rum a ſo lis



ortu v ſq; ad occaſū mi



rabilis eſt magnifica me



mori a tua Alle



lu ia. Magnificat.

¶ In ſcti petri ad vincula. Ad vs. Hymn9. Pe trus beatus. ℣. Tu es petrus. ℟. Et ſup hāc pe trā edificabo eccliā meā. Ad mgt. aña.

Tu es paſtor ouium pri ceps apoſtolorum: ti bi tradite ſūt claues regni celorum. Pro ſcto paulo aña.

Sancte paule apostole: predicator veritatis et doctor gentiū: intercede p nobis ad deum q̄ te elegit. V. Tu es vas electionis sc̄te paule apl̄e. R. Predicator veritatis ī universo mūdo. Ad mat. invit. Regē aplor. ps. Venite. Hym. Petrus btus. Ant. ps. V. et R. ia. br. dnr. de cōi. aplor. R.

Symon petre anteq̄ꝫ d̄ navi vocarē te novi te et super plebem meāꝫ principem te constitui. Et claves regni celorū tradidi tibi. V. Quodcūqꝫ ligaveris super terrā: erit ligatū et in celis: et quodcūqꝫ solveris super terram erit solutum et in celis. Et claves. R.

Si diligis me symon petre pasce oves meas: domine tu nosti quia amo

te. Et animã meã pono pro
te. ℣. Si oportuerit me mori
tecum nõ te negabo. Et. ℟.
Tu es petrus: et ſuper
hanc petram edificabo
eccleſiã meam: et porte inferi
nõ preualebunt aduerſus
eam. Et tibi dabo claues re
gni celoꝝ. ℣. Quodcuqꝫ liga
ueris ſuper terrã erit ligatuꝫ
et in celis: et quodcuqꝫ ſolue
ris ſuper terrã erit ſolutum
et in celis. Et tibi. ℟.
Surge petre et indue te
veſtimentis tuis: accipe
fortitudinẽ ad ſaluãdas gen
tes. Quia ceciderũt cathene
de manibus tuis. ℣. Angelus
domini aſtitit: et lumen re
fulſit in habitaculo carceris.

percuſſoq; latere petri excitauit eum dicens: ſurge velociter. Quia ceciderunt. R.

Tu es paſtor ouium princeps apoſtolorum tibi tradidit deus omnia regna mundi. Et ideo tradite ſunt tibi claues regni celorum. V. Quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum et in celis: et quodcunq; ſolueris ſuper terram erit ſolutum et in cel. Et. R.

Ego pro te rogaui petre: vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus: confirma fratres tuos. V. Caro et ſanguis non reuelauit tibi ſed pater meus qui eſt in celis. Et tu aliquando.

R.

Quem dicunt homines
eſſe filium hominis
dixit ieſus diſcipulis ſuis:
reſpõdens petrus dixit: tu
es chriſtus filius dei viui.
Et ego dico tibi quia tu es
petrus et ſuper hanc petraꝫ
edificabo eccleſiam meaꝫ. ℣.
Beatus es ſymõ bariona:
quia caro et ſanguis nõ re
uelauit tibi: ſed pater meus
qui eſt in celis. Et ego. ℟.
Solue iubente deo terra
rũ petre cathenas. Qui
facis vt pateant celeſtia regna
beatis. ℣. Qõcunqꝫ ligaueris
ſuper terrã erit ligatuꝫ et in
celis: et qõcunqꝫ ſolueris ſu
per terrã erit ſolutum et in
celis. Qui. Ad lau. ꝑ hõ. añ.

Herodes rex appoſuit vt
apprehenderet et petrũ:
quẽ cũ apprehendiſſet miſit ĩ
carcerẽ: volens poſt paſcha
producere eũ populo. ps.
Dñs regna. cũ rel'. añ.
Petrus quidẽ ſeruabatur
in carcere et oratio fiebat p
eo ſine intermiſſione ab ec
cleſia ad deum. añ.
Dixit angelus ad petrum:
circunda tibi veſtimentum
tuum et ſequere me. añ.
Miſit dominus angelum
ſuũ et liberauit me de manu
herodis alleluia. añ.
Tu es petrus: et ſuper hãc
petram edificabo eccleſiam
meam. Hymnus. Jam bone paſtor. ℣. Tu
es petrus. Et ſup. Ad bñs. añ

Quodcunq; ligaueris ſu
per terrã erit ligatum et
in celis: et quodcũq; ſolueris
ſuper terrã erit ſolutum et in
celis. dicit dñs ſymoni pe
tro pro ſcto paulo añ. Sancte paule. ℣. Tu
es vas elec. ℟. ia. bre. dñr. de cõi aploꝝ. Ad
vẽ. añ. Herodes. cũ rel' de pſal'. de apl'is. hym.
Petrus btũs. ℣. Tu es petrus. Ad mgt. añ.

Solue iubente deo terra
rum petre cathenas: qui
facis vt pateant celeſtia reg
na beatis. In vigilia feſti ni
uis. Ad vẽ añ. Dũ eſſet rex. cũ rel.
de lau. pſ. de ſacta maria. Hymn. Aue maris. ℣.
Dignare me. ℟. Da mihi. Ad mgt añ.
Sancta maria ſuccurre
miſeris iuua puſilla
nimes: refoue flebiles: ora
pro populo: interueni pro
clero: intercede pro deuoto fe
mineo ſexu: ſentiãt omnes tu
um juvamen: quicumque ce

lebrant tuam ſanctam co-
memoratione͂. Ad mat. invit.
Sancta maria dei genitrix
virgo. Intercede pro nobis.
Ps. Venite. Hy͂. Que͂ terra pontus.
In .j. n°. an͂. Benedicta tu in. cu͂ rel. an͂is. et
ps͂. vt in officio a͂nu͂ciatio͂is. bte m͂. F. l. R. et an͂. viij
q. e. dignare me.
Sancta et imaculata R.
virginitas: quibus te
laudibus efferi neſcio.
Quia que͂ celi capere no͂ po
terant tuo gremio contuliſ
ti. V. Bene͂dicta tu in mulieri
bus et benedictus fructus
ventris tui. Quia. R.
Congratulamini mihi
omnes qui diligitis
dominu͂. Quia cum eſſe͂ par
uula placui altiſſimo: et de
meis viſceribus genui deu͂

39

Beata es Vir-
go Maria quā
Dnūm portas
ti creatorē mū
di: genuiſtiq
te fecit in eter-
nū permanes
virgo: ℣
Ave Maria gratia
plena Dns te-
cum: Gloria

et hominē. ℣. Beatā me dicēt
omnes generationes: quia
ancillā humilē reſpexit deꝰ.
Quia cum eſſē. ℟.
Continet in gremio ce
lum terraſqꝫ regentem:
virgo dei genitrix: proceres
comitatur herilem. Per quos
orbis ovās: christo ſub
principe pollet. ℣. Virgo dei
genitrix quē totus nō capit
orbis: in tua ſe clauſit viſce
ra factus homo. Per. ℟.
Sicut cedrus exaltata
ſum in libano: et ſicut
cypreſſus in monte ſyon:
quaſi myrra electa. Dedi
ſuavitatem odoris: ℣. Et ſi
cut cinamomū et balſamuz
aromatizās. Dedi ℟.

Que est ista que processit sicut sol: et formosa tanq̃ hierusalē. Viderunt eam filie syon et beati dixerunt: et regine laudauerunt eā. ℣. Et sicut dies verni circundabāt eam flores rosar̄: et lilia conualliū. Vide. ℟.

Ornati monilibus filias hierusalē dominus concupiuit. Et videntes eā filie syon et beatissimā predicauerūt dicentes: Vnguētum effusū nomē tuū. ℣. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate. Et vidētes. ℟. VIII

Beatā me dicēt omnes generationes. Quia fecit mihi dominus magna q

potens eſt: et ſanctū nomē
eius. ℣. Et miſericordia eius
a progenie in progenies ti
mentibus eū. Quia. ℟.
VII Felix nāq3 es ſacra vir
go maria: et omni lau
de digniſſima. Quia ex te or
tus eſt ſol iuſticie chriſtus de
us noſter. ℣. Ora pro populo
interueni pro clero: intercede
pro deuoto femineo ſexu:
ſentiant omnes tuū iuuamē:
quicūq3 celebrant tuā ſancti
feſtiuitatē. Quia. Gloria pri.
Quia. Ad lau. et per hor. an̄.
Dum eſſet rex in accubi
tu ſuo: nardus mea de
dit odorē ſuauitatis. ps.
Dn̄s regnauit. an̄.
Leua eius ſub capite meo:

et dextera illius āplexabit᷑ me. ps. Jubilate deo. añ.

Nigra sum sed formosa filie hierusalē: ideo dilexit me rex: et introduxit me in cubiculū suū. ps. Deus deus. añ.

Iam hyems transijt: imber abijt et recessit: surge amica mea et veni. ps. Benedicite. añ.

Speciosa facta es et suauis in delitijs tuis sancta dei genitrix. ps. Laudate dñz. Hym.

O gloriosa. v. Diffusa est. Ad bñs añ.

Beata es maria que credidisti domino: perficientur in te q̄ dicta sūt tibi a domino alleluia. Ad iij. vj. ix. Ka. bre. et v. dnr de coi vginū.

¶ In transfiguratiōe dñi. ad vs. a.

Accessit iesus. cū rel. de lau. ps. Dixit dñs.

cũ tel. In fine. ps̄. Laudate dñz. oẽs gẽ. Hỹ.
O nata lux de. ỳ. Celi aperti sup eũ. R̄. Et vox
pr̄is intonuit: hic ē filius meus dilec. Ad mgt añ.
Solẽnitatis hodierne ve
neranda est celebritas
in qua christus speciem suaz
transformauit in diuinas: de
quo vox patris testatur: hic
est filius meus dilectus: in
quo complacuit sibi anima
mea. Deinde fit coĩe. de bta virgĩe. Añ.
Beatam me dicent om
nes generationes. quia
ancillã humilẽ respexit deus.
ỳ. Dignare me. R̄. Da mihi. Ad matut. inuit.
Christum dominũ transfi
guratum hodie. Uenite ado
mus. ps̄. Venite. hỹ. O nata. In .j. n. añ.
Assumpsit iesus disci
pulos suos. et ascẽdit
in montẽ: et trãsfiguratus

est.

eſt ante eos. ps. Afferte dño. R.
Hodie dominus ieſus chri-
ſtus facie ut ſol in mõte reſ-
plenduit. et veſtimẽtis tanq̃
nix candidus emicuit. ps.
Eructauit. aña.
Ante duos vates treſq̃
diſcipulos ut ſol ſplendens
apparuit ieſus: ut in ore duo-
rum vel triũ teſtium ſtaret oẽ
verbum. ps. Deus nr̃. V. Verbo dñi
celi firmati ſũt. R. Et ſpũ oris eiꝰ oĩs vir. R.
ASſumptis hodie do-
minus ieſus tribus
diſcipulis: in montẽ
ut oraret ſubijt excelſũ ſoluſ
q̃ orans corã eis tranſfigu-
ratus eſt: facieſq̃ eius ut ſol
reſplenduit. Et veſtimẽta eiꝰ
ut nix facta ſunt candida. V.

Ut autē testimoniū haberet a lege et prophetis: hinc inde cum eo moyses et helias visi sūt in maiestate. Et vesti. ℟.

Sicut unius dei trinitas per patris vocē: per columbe descensū: per baptizatū in iordane filiū declarata est: sic eodem hodie transfigurato filio: veraciter a patre in mōte clamatū est. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacuit. ℣. Legem signāś moyses: et helias prophetās glorificati affuerūt glorioso dn̄o dicentes excessuꝫ eius quē cōpleturus erat in hierusalem. Hic est. ℟.

Primogenitus prodij ex ore patris: ego feci

vt oriret̃ lumẽ in celis.
Ego in altiſſimis habitaui
et thronus meus in colūna
nubis. ℟. Priuſq̃ mōtes fie
rent aut formaretur terra a ſe
culo et vſq; in ſeculū. Ego in.
In ſecūdo. noct. aña
Reſpondens petrus ad
Iheſum ait. dn̄e ſi vis faci
amus hic tria tabernacula: ti
bi vnum: moyſi vnū: et helie
vnum. ps. Oēs gentes. aña.
Domine bonū eſt nos hic
eſſe. ſi vis faciamus hic tria
tabernacła: tibi vnum: moyſi
vnū: et helie vnū. ps. Magnꝰ do.
Ecce nubes lucida obū aña.
brauit eos. et vox de nube di
cens: hic eſt filius meus dile
ctus in quo mihi complacuit.

ps. Jubilate. ℣. Sit nomē dñi bñdic
tū in secl'a. ℞. Ante solē pmanet nomē eius.
Coram tribus disci ℞.
pulis transfiguratus ē
dominus. Moysen et heliā hic
inde secum loquētes ostēdit
in maiestate. ℣. Et in ore duo
rum vel triū testium staret ōē
verbum et vt ipse testimoniū
haberet a lege et prophetis.
Moysen. ℞.
Hodie in monte transfi
gurato domino aperti
fuit celi. ⁊ vox patris intonuit.
Hic est filius meus dilectus
in quo mihi complacuit. ℣.
Intonuit d' celo dñs: et altissi
mus dedit vocē suā. Hic. ℞.
Splendida facta est vt
sol facies iesu. dū respi

ceret in eum pater. Et vidētes
discipuli claritatē vultus eis
admirātes timuerūt valde. R̄.
Et apparuerūt eis moyses et
helias cum eo loquētes. Et. In
Vox de celo sonuit: iiij. ñ. ar.
et vox patris audita est:
hic est filius meus dilectus ī
quo mihi bene complacuit.
ipsum audite. ps. Cantate. j. añ.
Audientes discipuli patris
vocē. ceciderūt in facies suas.
et timuerūt valde. ps. Dñs re. ex. ar.
Nubes lucida obumbrauit
eos: et ecce vox de nube dicēs:
hic est filius meus dilectus. in
quo mihi complacuit. ps.
Cantate. v̄. v. Nō est similis tui in diis
domine. R. Et nō est secundum opera
tua. R.

HOdie pater celeſtis teſ
tificauit filium. quo au
dito diſcipuli eius ti
muerūt valde: proſtratiq; ſūt
ad vocem dicentē. Hic eſt filiꝰ
meus dilectus in quo mihi cō
placuit. ℣. Celi aperti ſunt ſu
per eum. et vox patris into
nuit. Hic eſt. ℟.

ECce nubes lucida obū
brauit eos. et vox de ce
lo dicens. Hic eſt filius meus
dilectus in quo mihi compla
cuit ipſum audite. ℣. Et audiē
tes diſcipuli ceciderunt in fa
cies ſuas et exterriti ſunt a vo
ce celitus dicente. Hic eſt.

Ad lau. et per hoꝛ. diei. añ.

ACceſſit ieſus et diuine
vocis pauore proſtratos

tetigit discipulos dicens: surgite et nolite timere. ps. Dñs regnavit. cũ reliquis. añ.

Ut testimoniũ haberet a lege et prophetis. in medio moysi et helie transfiguratus est iesus. aña.

Lex per moysen signata est: et prophetia per heliam qui in maiestate visi sunt cũ domino fulgẽte in monte loquẽtes. añ.

Descendentibus illis de mõte precepit iesus dicẽs: nemini dixeritis visionẽ. donec filius hominis a mortuis resurgat. aña.

Visionẽ quam vidistis nemini dixeritis donec a mortuis resurgat filius hominis.

Hy9 Festiva iã solẽ. v. Intonuit de celo

dñs. R. Et altiſſimꝰ dedit vocē. Ad bñs ar.

Hodie transfigurato domino ac patris voce teſtificato: moyses et helias affuerunt ſplendidi: diſceſſum eius quē completurus erat dicentes. Ad iij. R. ia. bre. Verbo dñi. Celi firmati ſūt. V. Et ſpiritu oris eius ōis virtꝰ eoꝝ. Celi. V. Glia. R. Ver. V. Sit nomē. R. Ante solē. ℂ Ad vj. R. br. Sit nomē dñi. Benedictū in ſeclā. V. Ante solē ꝑmanet nomē eius. Bñ. V Glia. R. Sit. V. Nō eſt simi. R. Et nō eſt. ℂ Ad ix. R. Nō eſt ſimilis tui. In diis dñe. V. Et nō eſt ſecūdū opera tua. In. V Glia. R. Nō eſt. V. Intonuit de celo dñs. R. Et altiſſimus dedit vocē suā. Ad vs. oia dñr sicut in pimis vis. pret aiāz. ad mgt.

Ad mgt. añ.

Hodie in mōte transfigurato dño aperti ſūt celi: et vox patris intonuit. hic ē filius meus dilectus in quo mihi cōplacuit.

In vigilia ſcti laurētij. Ad vſ. an.

Laurentius. cū rel. de lau. ps. Dixit dns. cū rel. In fine. Laudate do. oēs gē. Hym. Deus tuor. de cōi. vnius mrtyr. v. Gloria et hono. Ad mgt. an.

Leuita laurentius bonum opus operatus est qui per ſignū crucis cecos illuminauit et theſauros eccleſie dedit pauperibus. ps.



Ad mat. inuit.

Beatus lau
Magnificat. rentius chris
ti martyr triumphat corona
tus in celis. Venite adorem9
dñm. Hym. Deus tuorum. In j. n. aña.
Quo progrederis sine
filio pater: quo sacer
dos sancte sine ministro pro
peras. ps. Beatus vir. v. Beatus
laurẽtius operat. versicli añe. dñr. in hac noc
te tantũ post ps. ante añas. qr p octãs nõ dñr.
Noli me derelinquere pa
ter sancte: quia thesauros tu
os iam expendi: quos tradi
disti mihi. ps. Quare fremu.
R. Quid in me ergo displicu
it paternitati tue. aña.
Non ego te desero fili: ne
qz derelinquo: sed maiora ti

bi debentur pro fide christi certamina. ps. Dñe quid. ℣. His ſi ex eis dixit. verſiculi et R̄ia. breuia dicuntur de vno martyre. ℟.

Leuita laurentius bonũ opus operatus est: q̃ per signum crucis ce cos illuminauit. Et theſau ros eccleſie dedit pauperibus. ℣. Diſperſit dedit pauperibꝫ: iuſticia eius manet in ſeculũ ſeculi. Et the. ℟.

Puer meus noli timere: quia ego tecum ſũ dicit dominus. Si tranſieris per ig nẽ flamma nõ nocebit te: et odor ignis nõ erit in te. ℣. Li berabo te de manu peſſimoꝝ: et eruam te de manu fortiũ. Si tranſieris. ℟.

Strinxerũt corporis mẽbra posita super craticulam: ministrãtibus prunas insultat leuita christi. Beate laurenti martyr christi intercede pro nobis. ℣. Adhuc nox obscurũ nõ habet: sed oĩa in luce clarescũt. Bte. In ij. n. añ

Beatus laurentius orabat dicens: domine iesu christe deus de deo miserere mihi seruo tuo. ps. Cũ inuo. ℣. Quia accusatus nõ negaui nomẽ sanctũ tuũ. interrogatus te christũ confessus sũ. Añ.

Dixit romanus ad beatum laurentiũ: video ante te iuuenẽ pulcherrimũ: festina me baptizare. ps. Uerba mea. ℣. Afferens autẽ vrceũ cũ aq̃

miſit ſe ad pedes eius. aña.
Beatus laurentius dixit:
mea nox obſcurū nō habet:
ſed oīa in luce clareſcunt. ps.
Dñe dñs nr. ℣. Quia ipſe do
minus nouit: quia accuſatus
nō negaui nomē ſāctū tuū.
Quo progrederis ſine ℟.
filio pater: quo ſacer
dos ſancte ſine diacono
properas. Tu nunq̄ ſine mi
niſtro ſacrificium offerre cō
ſueueras. ℣. Quid ergo in me
diſplicuit paternitati tue: nū
quid degenerē me probaſti:
experire certe utrum idoneū
miniſtrū elegeris: cui cōmiſiſ
ti dñici ſāguinis diſpēſationē. Tu. ℟.
Noli me derelinquere pa
ter ſancte quia theſau

ros tuos iam expendi. Nõ
ego te desero fili: neq3 derelin
quo: sed maiora tibi debẽtur
pro fide christi certamina. ℣.
Nos quasi senes leuioris pu
gne cursum recipimus: te au
tem quasi iuuenẽ manet glo
riosior de tyrãno triũphus:
post triduũ me sequeris: sa
cerdotẽ leuita. Nõ ego. ℟.
Beatus laurentius cla
mauit et dixit: deũ me
um colo: et illi soli seruio.
Et ideo nõ timeo tormẽta
tua. ℣. Mea nox obscurum
nõ habet: sed omnia in luce
clarescunt. Et. In. ij. n°. Añ.
Strinxerũt corporis mẽ
bra posita super craticu
lam: subiicientibus prunas

inſultat leuita chriſti. ps.
Dñe quis. ℣. Carnifices vero
vrgentes miniſtrabant car
bones: ſubter cratem ferrei.
Igne me examinaſti añ.
et non eſt inuenta in me ini
quitas. ps. Exaudi dñe iu.

℣. Probaſti dñe cor meũ: et viſitaſti nocte. aña.

Interrogatꝰ te dominũ cõ
feſſus ſum: aſſatus gratias
ago. ps. Dñe in virt. ℣. Gra
tias tibi ago dñe: quia ia
nuas tuas ingredi merui. ℟.
In craticula te deũ nõ
negaui. Et ad ignem
applicatus: te dominũ
ieſum chriſtum cõfeſſus ſum.
℣. Probaſti dñe cor meũ et
viſitaſti nocte. Et. ℟.
O Hypolite ſi credideris
in dominũ ieſũ chriſtũ

Et thesauros tibi ostendo: et
vitam eternã promitto. ℣. Be-
atus laurentius hypolito
dixit: si credideris in domi-
nũ iesum christũ. Et the. ℟.
Gaudeo plane quia hos-
tia christi effici merui:
accusatus nõ negaui. Inter-
rogatus te christũ confessus
sum: assatus gratias ago. ℣.
Probasti domine cor meum
et visitasti nocte: igne me ex-
aminasti. Interrog. ℟.
Voluit esse hostia leuita
laurentius: qui dũ assa-
retur nõ negauit dominum.
Et ideo inuictus est sacrificiũ
laudis. ℣. Immola deo sacrifi-
ciũ laudis: et redde altissimo
vota tua. Et. Ad lau. ꝛ p hor. añ.

Laurẽ


Laurentius ingressus
est martyr et cõfessus est no
mẽ domini iesu christi. ps.
Dñs regna. an. Laurẽtius
bonũ opus operatus est qui
per signũ crucis cecos illu


minauit. ps. Jubilate. añ.
Adhesit a nima mea
post te quia caro mea igne
cremata est pro te deus me
us. ps. Deus deus. aña.
Visit dominus an

gelum ſuū et liberauit me
de medio ignis et nō ſum
eſtuatus. ps. Benedicite. a.
Beatus laurentius ora
bat dicens gra tias tibi
ago domine quia ianuas

tuas ingredi merui. ps̃.

Laudate dñz.

Hym̃. Martyr. V. Dispersit dedit pauperibus. R. iusticia eius manet in sclm seculi.

Ad bñs añ.

IN craticula te deum nõ negaui et ad ignem applicatus te christũ confessus sũ probasti cor meuz

et viſitaſti nocte igne me

examinaſti et nō eſt inuēta


in me iniquitas. ps̄. Bn̄dictꝰ.

In ſecundis veſpis. an̄. Laurentius ingreſ
pſal'. de vno martyre. Hym̄. Deus tuoꝝ.
v̇. Leuita laurentius bonū opꝰ opatꝰ eſt. R.
Qui per ſignū crucis cecos illu. Ad mḡt an̄.

BEatus laurentius dū

in craticula ſupra poſitu s


vreretur a d impij ſſimū
ty rānuz dixit aſſatus eſt
iam verſa et manduca nā fa
cultates eccleſi e quas re
qui ris in ce leſtes theſau
ros manus pauperuz



deportauerũt. Ad Magnificat.

Infra octaũ scti laurẽtij fit offiũ de eo nisi festũ occurrat. ¶ In vigilia assũptionis

Ad vs̃ añ. Assũpta est maria. cũ rel'. de lau. ps̃. de sãcta maria. Hymn. Aue maris. ℣. Exaltata est sancta dei genitrix. ℟. Super choros angelorũ ad celestia regna.


Ad magnificat. añã.



Virgo prudentissima



quo pro gre de ris qua



si auro ra valde ruti



p̃s. Et nõ fit ꝯm̃e. de ſacto laurentio in vtriſq; vs. et matutin.

Magnificat. Ad mat. inuit.

Venite adoremus reges regum. Cuius hodie ad ethereũ virgo mater aſſumpta eſt celũ. p̃s. Veni. Hy9. Quẽ terra. In .i. n°. añ.

Exaltata eſt ſancta dei genitrix: ſuper choros angeloꝝ ad celeſtia regna.

Pſal. de ſacta maria. Añ.

Paradiſi porte per te nob
aperte ſunt: quas hodie glo
rioſa cum angelis triũphas.
Benedicta tu in mulie añ.
ribus: et benedictus fructus
ventris tui. ℣. Exaltata eſt: ſacta dei
genitrix. ℟. Super choros angelo. ℟. j.
Vidi ſpecioſam ſicut co
lumbã aſcendẽtem de
ſuper riuos aquaruꝫ:
cuius ineſtimabilis odor
erat nimis in veſtimentis eius.
Et ſicut dies verni circunda
bãt eã flores roſarũ et lilia
conualliũ. ℣. Que eſt iſta que
aſcendit per deſertum: ſicut
virgula fumi ex aromatibꝫ
mirre et thuris. Et ſicut.

℟. ij.

SIcut cedrus exaltata
ſum in libano: et ſicut
cypreſſus in mõte ſyon: qua
ſi mirra electa. Dedi ſuauita
tem odoris. ℣. Et ſicut cyna
momũ et balſamũ aromati
zans. Dedi . ℟.

QUe eſt iſta que proceſſit
ſicut ſol et formoſa tan
q̃ hieruſalẽ. Viderũt eã fi
lie ſyon: et beatam dixerũt:
et regine laudauerunt eam. ℣.
Et ſicut dies verni circũda
bant eã flores roſarũ et lilia
conualiũ. Vide. In .ij. noc. aña.
Specie tua. aña. Adiuuabit.
aña. Sicut letantiũ. ℣. Aſſũpta eſt ma
ria in celũ: gaudẽt angeli. ℟. Laudãtes b. ℟.

ORnati monilibus filia
hieruſalẽ dominus cõ

cupiuit. Et videntes eam fi
lie syon: et beatissimā predi
cauerunt dicentes: Vnguentū
effusū nomē tuum. ℣. Astitit
regina a dextris tuis in vesti
tu deaurato: circundata va
rietate. Et vidē. ℟.

BEatam me dicent oēs
generationes. Quia fe
cit mihi dominus magna q̄
potens est: et sanctū nōē eius.
℣. Et misericordia eius: a pro
genie in progenies timētibꝫ
eum. Quia. ℟.

BEata es maria que do
minū portasti creatorē
mundi. Genuisti qui te fe
cit: et ineternum permanes
virgo. ℣. Aue maria grā ple
na dominus tecū. Genuis.

In .iij. n. an̄. Gaude maria v. an̄.
Dignare me. an̄. Poſt partū. V.
Maria virgo aſſūpta eſt: ad ethereū thala
mū. R. In quo rex regū ſtellato ſedet ſolio.
Diffuſa eſt gratia in R.
labijs tuis. Propterea
benedixit te deus ine
ternū. V. Mirra et gutta: et
caſſia: a veſtimentis tuis a gra
dibus eburneis: ex quibꝰ
te delectauerūt filie regū in
honore tuo. Propterea. R.
Beata es virgo maria
dei genitrix: que credi
diſti domino: perfecta ſūt in
te que dicta ſunt tibi: ecce
exaltata es ſuper choros an
gelorū. Intercede pro nobis
ad dominū deū noſtrū. V. Aue
maria gratia plena dominus


tecum. Intercede. ℟.
O Glorioſa femina excel
ſa ſupra ſydera que nec
primã ſimilē viſa eſt: nec ha
bere ſequentē. Sola ſine exē
plo placuit virgo chriſto. ℣.
Sola fuit mulier: patuit q̃
ianua leti: ex qua vita re
dijt. Sola. Ad lau. ꝛ per ho. añ.




Aſſũpta eſt maria in



celum gaudēt angeli laudã




tes benedicũt dominuꝫ. ps.



Dn̄s regnā. ℟. Maria
virgo aſſumpta eſt ad ethe
reum thalamū in quo rex
regu m ſtelato ſe det ſo
lio. ps. Jubilate. ℟. In odo
rem vnguētorū tuorū cur


rimus adolescentule dile
xerũt te nimis. ℣. Deus d̃s. R.
Benedi cta fi lia
tu a domino quia per te fru
ctum vite cõmunicauim9. ℣.
Benedicite. R. Pulchra



es et decora filia hierusale
terribilis ut castroru aci
es ordinata. ps. Laudate do.
hym. O gloriosa.
V. Exaltata est.
R. Super chor.
Ad bñs. an.
Que est ista
que ascendit sicut aurora
consurgēs pulchra ut lu



na e lecta vt ſol te



rribilis vt caſtrorũ a ci



es ordinata. ps̃ Bñdictus.

¶ Ad .iij. ℟. b. Exaltata eſt ſãcta dei genitrix.
℣. Super choros angelorꝫ ad celeſtia regna.
Scta. ℣. Gloria. ℟. Exalta. ℣. Aſſũpta eſt. ℟.
laudãtes. ¶ Ad vj. ℟. b. Aſſũpta eſt maria
in celũ. Gaudent ãgeli. ℣. Laudãtes bene
dicũt dñm. Gau. ℣. Glĩa. ℟. Aſſũ. ℣. Maria. ℣. ℟.
In q. ¶ Ad ix. ℟. b. Maria virgo aſſũpta ẽ.
Ad ethereũ thalamũ. ℣. In q rex regũ ſtella
to ſedet ſolio. Ad. ℣. Glĩa. ℟. Ma. ℣. Digna
re me laudare te. ℟. Da mihi virtutem.
Ad vs̃. añã. Aſſumpta eſt. cũ reliqs.
vt in primis veſperis:

Ad mgt. añã.

Hodie maria virgo
celos aſcendi t gaudete
quia cũ chriſto regna t ine
ternũ. Magnif.

In ſcti augustini epi ɔfeſſoris et doctoris. Ad veſperas. Añã.

Letare mater noſtra hie
ruſalẽ: quia rex tuus
diſpenſatorẽ ſtrenuũ et ciuẽ
fideliſſimũ de ſeruitute baby
lonis tibi redemit auguſti

nū. ps. Dixit dn̄s cū rel' de ꝯfes. x.
Huius mater deuotissimī
que carne prius pepererat
mūdo. charitatis visceribus
postmodū multo semine la
chrimarū genuit christo. aña.
Distulit tamē diu baptis
mi gratiā: quia tumēs inani
philosophia volebat huma
na rōne cōprehendere: quod
pia mēs viuacitate fidei niti
tur apprehēdere. aña.
Surgens autē post mltos
circuitꝰ errorū: circuibat
ciuitatē per vicos et plateas:
querēdo verū anime vitū:
pro quo ne moreretur dignū
iudicaret mori: vt eius sēper
inhereret amori. aña.
Inuētus igitur a custodi

bus ciuitatis et pallio vetuſ
tatis exutus: diligēter per
tractata cū illis veritate: quē
deſiderabat inuenit: et caſtis
eius ↄplexibus ardēter inhe
ſit. Hẏ. Magne pr. V. Amauit. Ad mgt an.
Adeſt dies celebris: quo
abſolutus nexu carnis ſā
ctus preſul auguſtinus
aſſūptus eſt cū angelis: vbi
gaudet cum prophetis: leta
tur cū apoſtolis: quorū ple
nus ſpiritu: que predixerūt
myſtica: fecit nobis perui
a. poſt quos ſecūda diſpenſacōi
verbi dei primus refulſit gra
tia. Ad matuti. Inuitat.
Magnus dn̄s et laudabilis
valde: et ſapientie eius non
eſt numerus. Qui de terre

bris gentiū lumē ecclesie
sue vocauit augustinus. ps.
Venite. Hym. Magne pr. In .i. n. an.
Aspexit augustinus co
dicem apostolicū: et cō
iectis oculis ad primū capi
tulū legit: induimini dn̄m
iesum christū: et statim qua
si infusa luce securitatis: ab
eo omnes dubietatis tenebre
diffugerūt. ps. Beatus vir. an.
Insinuauit ergo per litteras
sancto viro ambrosio pre
sēs votum suū: vt moneret
quid sibi de libris sanctis
legendū esset: quo percipiē
de christiane gratie aptior
fieret atque paratior. ps. Qua
re fremuerunt. an.
At ille iussit esaiam prophe

tam: quo pre ceteris euange
lij vocationiſq[ue] gentium ſit
prenuntiator apertior. Pſ.
Dn̄e quid. ℣. Amauit eū dn̄s. ℟.
Inuenit ſe auguſtinus
longe eſſe a deo in re
gione diſſimilitudi
nis: tanq[uam] audiret vocē de
excelſo. Cibus ſum grandi
um creſce et mādućabis me.
℣. Nec tu me mutabis in te
ſicut cibum carnis tue: ſed
tu mutaberis in me. Cib. ℟.
Senſit igitur et exper
tus eſt nō eſſe mirum
q[uod] palato nō ſano pena eſt
panis qui ſano eſt ſuauis.
Et oculis egris odioſa lux:
que puris eſt amabilis. ℣.
Propter iniquitatē corri

puisti hominē: et tabescere fecisti sicut araneam animā eius. Et oculis. R.

Dum vero inuisibilia dei per ea que facta sūt intellecta conspexisset acie͡ȝ figere nō valuit. Quia nō secū ferebat nisi amantem memoriā: et quasi olefacta desiderantē que comedere nōdum posset. V. Quid autē sacramenti haberet verbuȝ caro factū est: nec suspicari quidē poterat. Quia. In iij. n.

Veruntamē primas añ. huius lectionem nō intelligēs totūq͡ȝ tale arbitrans distulit repetenduȝ exercitatior in dominico eloquio. ps. Cū inuocarē. añ.

Inde cum tempus aduenit: quo nomē cum dare oporteret: relicto rure mediolanū remeās: baptizatus est a beato ambrosio: fugitq; ab eo solicitudo vite preterite. ps. Verba mea. aña.

Nec satiabatur illis diebꝫ dulcedine mirabili: considerare altitudinē cōsilij diuini super salutē generis humani. ps. Dñe dñs nr̄. v. Elegit eū dñs sacerdotē sibi. R. Ad sacrificiū. R.

Itaq; auidissime legere cepit pre ceteris apostolū paulū. Et perierūt ille questiones in quibus aliquādo visus est ei aduersari testimonijs legis et prophetarū textus sermōis

eius. ℣. Et apparuit ei vna facies eloquiorũ castorum: et exultare cum tremore di dicit. Et peric. ℟.

Misit ergo dominus in mentẽ eius: visumqꝫ est bonũ in conspectu eius pergere ad simplicianuꝫ. Qui ei bonus apperebat ser uus dei: et lucebat in co gra tia diuina. ℣. Audierat eniꝫ qꝫ a iuuentute sua deuotissi me deo viueret: et vere sic erat. Qui ei. ℟.

Volebat enim cõferen ti estus suos: vt pro ferret quis aptus esset mo dus viuẽdi sic affecto: vt ip se erat ad ãbulandũ in via dei. In qua alius sic: alius

ſic ibat. ℟. Diſplicebat ei q̃c
quid agebat in ſeculo pre
dulcedine dei et decore do
mus eius quã dilexit. In. In
Flebat autẽ vber iij. n. x.
rime in hymnis et can
ticis ſuaue ſonãtis eccleſie
vocibus vehemẽter affectus.
ps. Dñe quis. aña.
Voces igitur ille influe
bant auribus eius: et eliq̃
batur veritas in cor eius: et
fluebãt lachryme eius et
bene illi erat cum illis. ps.
Dñe in virtute. aña.
Adiunctis inde nebridio
et euodio remeabat ad affri
cam: querens quis eos ad
bene viuendũ locus habe
ret vtilius: ſed cũ eſſet apd'

hoſtia tiberina: pia mater
eius defūcta eſt. ps. Dñi eſt t.
v. Tu es ſacerdos ineter. R.
Vulnerauerat charitas
chriſti cor eius: et geſ
tabat verba eius ĩ viſ
ceribus quaſi ſagittas acutas.
Et exẽpla ſeruor dei quos de
mortuis viuos fecerat tanq̃
carbones vaſtatores. v. Aſce
denti a conualle plorationis
et cãtanti canticũ graduũ de
derat ſagittas acutas. Et. R.
Accepta baptiſmi gratia:
poſitus apud hoſtia
tyberina cũ matre ſua: collo
quebatur ſoli valde dulciter.
Et inhiabãt ore corde parit
in ſuperna flueta fontis vite
vileſcebatq; mũdus iſte int

verba cũ delectationibꝫ ſuis.
℣. Tunc ait illa filio: nulla
re iã delector in hac vita. cuꝫ
te contẽpta felicitate terreñ
videam ſeruũ dei. Et. ℟.
VErbum dei vſqꝫ ad ip
ſam ſuã egritudinẽ in
pretermiſſe alacriter et forti
ter ſana mẽte: ſanoqꝫ conſi
lio in ſcẽta eccleſia predica
uit. Membris oĩbus ſui
corporis incolumis. integro
aſpectu atqꝫ auditu corã po
ſitis fratribus et orantibus.
dormiuit cũ patribus ſuis.
℣. Teſtamentũ nullũ fecit:
quia vnde faceret paupꝫ chri
nõ habuit. Mẽ. Ad lau. in p hor.
POſt mortẽ matris ⁊. aꝛ.
reuerſus eſt auguſti

nus ad agros proprios vbi
cū amicis ieiunijs et oratio
nibus vacans: ſcribebat li
bros et docebat indoctos. pš.
Dn̄s regna. cū rel'. an̄.
Comperta autē eius fama
beatus valerius hypponēſis
epiſcopus eum ad ſe accerſi
ri fecit. et licet inuitū preſby
terum ordinauit. an̄a.
Factus ergo preſbyter. mo
naſteriū clericorū mox inſti
tuit. et cepit viuere ſecūdū
regulā ſub ſanctis apoſtolis
conſtitutam. an̄a.
Sanctus autē valerius or
dinator eius exultabat vbe
rius. hominē ſibi talē datū
diuinitus. qui in doctrina ſa
na edificare eccleſiā eſſet ido

neus. Aña.

Eodem tẽpore fortunatus presbyter manicheo℞ versutia plurimos seducebat quẽ sanct⁹ augustinus in conuentu oĩum disputãs publice superauit. Hy. Celi cives. V. Justũ deduxit dñs p vias rectas. R. Et ostẽdit. Ad bñs aña.

In diebus eius obsessa est ciuitas hyponẽsis ab exercitu barbaro℞. inter que mala fuerũt augustino lachryme sue panes die ac nocte: atq sub hoc euentu ad extremã horã veniens obdormiuit in pace. Rla. bre. & v. dnr. de vno ɔfess. põtif. In .ij. vis. aña. Post mortẽ. cũ tel. ps. de vno ɔfes. põti. hy. Magne pr. V. Justũ. Ad mgt. aña.

Hodie gloriosus pater augustinus disso

luta huius habitationis do
mo: domũ nõ manufactaꝫ
accepit in celis: qui ſibi co
operante dei gratia lingua
manu fabrefecit in terris v
bi iam quod ſitiuit internũ
guſtat eternũ: decoratus:
vna ſtola: ſecuturuſq; de reli
qua. ¶ In decollatioẽ ſc̃ti ioã
nis baptiſte. Hym. V. inuit. añ. noc. pſ.
et R. ia. breuia dñr de vno martyre. Ad mg̃. añ.

Miſſo herodes ſpiculato
re. precepit ãputari ca
put ioannis in carcere: quo
audito diſcipuli eius vene
rũt et tulerũt corpus eiꝰ. et
poſuerũt illud in monumẽto.

Miſit herodes rex R.
manus ac tenuit io
annẽ et vinxit cum

in carcerē: quia metuebat
eum propter herodiadem.
Quā tulerat fratri suo phil
lippo vxorē. ℣. Arguebat he
rodem ioānes propter hero
diadem. Qu.ā. ℟.
IOannes baptista ar
guebat herodem. Pro
pter herodiadē quā tulerat
fratri suo viuenti vxorem.
℣. Misso herodes spicula
tore: precepit amputari ca
put ioānis in carcere. Pro.
Puelle saltanti impe ℟.
rauit mater. Nihil a
liud petas nisi caput ioan
nis: et contristatus est rex
propter iusiurandū: et pro
pter simul discūbentes. ℣.
Ait puella matri sue: quid


peta? at illa ait. Nihil. ℟. iiij.
Justus germinabit. cū reli. p ordinē de vno
marty. Ad lau. 7 per hor. aā.
Herodes enim tenuit et ligauit ioannē: et posuit in carcerē propter herodiadē. ps. Dn̄s reg. cū reli. aā.
Domine mi rex da mihi in disco: caput ioannis baptiste. aña.
Puelle saltanti imperauit mater: nihil aliud petas nisi caput ioānis. aña.
Arguebat herodē ioānes propter herodiadē quā tulerat fratri suo philippo vxorem. aña.
Da mihi in disco caput ioānis baptiste: et contristatus est rex propter iusiurādum.

Ad bñs. añ. Misso hero. ut s. in vis. Ad vs. a:
Herodes eni. ps. de uno marty. Ad mgt añ.


Mi sit rex incredulus. ministros detestabiles: et aputari iussit caput io.ĩ nis baptiste. ¶ In vigilia na tiuitatis bte marie virginis.

Ad vs. añ. Natiuitas gliose. cũ rel. ō lau. psal. de scta. maria. Hyn. Aue maris stel. v. Natiuitas est hodie: scte m̃ vgis. R. Cuius vita. Ad mg. añ.






dignitatē obtinuit e t



virginalē pudicitiā nō a



Ad matut.
misit. Magnificat. Inuit.
Natiuitatē virginis marie
celebremus. Christū eius fi
liū adoremus dominū. ps.
Venite. Hym. Quē terra. Añe. noc. ps.
& V. dñr. sicut in purificatione. R.
Hodie nata est beata
virgo maria ex proge
nie dauid. Per quā
salus mundi credentibꝰ ap
paruit: cuius vita gloriosa

lucē dedit ſeculo. ℣. Natiui
tatē beate marie virginis:
cū gaudio celebremꝰ. Per. ℟.
BEatiſſime virginis
marie natiuitatē de
uotiſſime celebremus. Ut
ipſa pro nobis intercedat
ad dominū ieſum chriſtū. ℣.
Cum iocunditate natiuita
tē beate marie virginis: de
uotiſſime celebremꝰ. Ut. ℟.
GLorioſe virginis ma
rie ortū digniſſimū:
recolamus. Cuius domi
nus humilitatē reſpexit: q
angelo nūciante, concepit
ſaluatorē mūdi. ℣. Beatiſſi
me virginis marie natiui
tatem celebremus. Cuiꝰ.
℟.

Natiuitas glorioſe vir
ginis marie ex ſemine
abrahe. orta de tribu iuda:
clara ex ſtirpe dauid. Cuiuſ
vita inclyta cunctas illuſ
trat eccleſias. V. Hodie nata
est beata virgo maria ex p
genie dauid. Cuius. R.

Cum iocunditate nati
uitatē beate marie ce
lebremus. Ut ipſa pro no
bis intercedat ad dominum
ieſum chriſtū. V. Corde et ani
mo chriſto canamus glo
riam: in hac ſacra ſolemni
tate precelſe genitricis dei
marie. Ut. R.

Natiuitas tua dei geni
trix virgo gaudiū an
nunciauit vniuerſo mūdo

Ex te enim ortꝰ eſt ſol iuſ
ticie chriſtus deus noſter:
+ Qui ſoluēs maledictionē de
dit benedictionē: et confun
dēs mortē. donauit nobis
